Kings of England euer desired the Ciuill laws of *Rome*? I haue read of a protestation against them in Parlament by the King and Lords, which you may see in *Rot. processf. & iud.* of the appeale of *Thomas* Duke of *Glocester*, and others, against *Alexander* Archbishop of *York*, *Robert de Veer* Duke of *Ireland*, *Michael de la Pole E.* of *Suffolk*, and *Robert Tresilian* cheif Iustice, *in Parlamento Westm.* 3. *Febr. anno* 11. *Rich.* 2. where vpon default of the appellees, the appellants desire that the court would proceed to iudgment, sur quoy les dits Roy nostre seignior & seigniors du Parlament prisstront deliberation tanqz lendemain le mercedy prochein ensuant, a quel temps les *Iustices & Sergeants & autres sages du ley de roialm* & aurint les *sages de la ley Ciuill* seuront charges de par le Roy nostre dit sir, de doner loiall Counseill as sirs du Parlement de duement proceder en la cause de l' appel susdit, les queur *Iustices Sergeants* & *sages de la ley du roialm* & aurint les dits *sages de la ley Ciuill* prisstront ent deliberation, & responderont, as dits sirs du Parlement q̃ ils auoient veue & bien entendus le tenor du dit appell, & disoient que mesme l'appele ne fust

pas fait ne afferme solonq̃ l'ordre que l'une ley ou lautre requireit. sur quoy les dits sirs du Parlemt prirent ent deliberation e auisement, e p assent du Roy nostre dit sir e de lour common accord e estoit declare que en ci haut crime come est pretendue en cest appelle que touch le person du roy nre dit sir e lestate de tout son roialme, ppetre per persons que sont peers du roialme ouesq̃ autres, la cause ne serra alors deduc q̃ en parlement, ne p autre ley q̃ ley e cours du parlement e q'il apptient as sirs du parlemt e a lour franchise e libertie d'ancien custume du plement destre iuges en tieur cas, e de tieur cas aiugger p assent du roi e q̃ ensi serra fait en cest cas p agard du parlemt, pur ce q̃ *le roialme d'Engleterre n'estoit denant ces heures ne a l'ement du roy nostre dit seignior & seigniors du parlement vnques ne serra rule ne gouerne per la ley Ciuill*, e auxint leur entent nest pas de reuler ou gouerner cy hauke cause come cest appell est, q̃ ne serra alors trie ne termine q̃ en parlemt come dit est, p cours processe e ordre vse en aucun court ou place plus bas deins mesme le roialm, queux courts e places ne sont q̃ executors d'auncienes

leys

leys & cuffumes du reialme & ordinances & eſtablifhements du parlemts. & fenſt auiſe au meſmes les ſnrs du parlement y aſſent du roy noſtre dit ſnr, q̃ ceſt appel fuit fait & afferme bien & aſſets duement & le preſſe d'ycelle bone & ferme ſolon les leys & cours du parlement, & pur tiel l'agarderoit & ainggeroit. I remember alſo King *Stephen* his publique edict againſt the laws of *Italy*, but remember not any ſtorie or autority teaching that any of our Kings would haue had them here vſd. That of *Stephen* is related by that noble and moſt learned Frier *Roger Bacon* in his *Compendium Theologiæ*, or his *Opus minus* (both thoſe names are of one Ms. book) where ſpeaking of the Ciuill laws of *Italy*, and that they are abuſd, and too much affected by Clergie men, leauing their profeſſion to ſtudy thoſe laws, he thus adds; *Preterea omne regnum habet ſua iura quibus laici reguntur; vt iura Angliæ & Franciæ; & ita ſit iuſtitia in alijs regnis per conſtitutiones quas habent ſicut in Italia per ſuas. Quapropter cum iura Angliæ non competant ſtatui clericorum, nec Francia, nec Hiſpania, nec Almannia, ſimiliter nec iura Italiæ vllo modo. Quod ſi debeant clerici vti legib' patria, tunc*

est minus inconueniens vt Clerici Angliæ vtantur legibus Angliæ & Clerici Franciæ vtantur legibus Franciæ, quapropter maxima confusio Clericorũ est quod huiusmodi constitutionibus laicalibus subduntur colla. Rex quidam Angliæ Stephanus *allatis legibus Italiæ in Angliam publico edicto prohibuit, ne ab aliquo retinerentur. si igitur laicus princeps laici principis alterius leges respueret, multo magis omnis clericus deberet respuere leges laicorum. Addo etiam quod magis concordant iura Franciæ cum Angliæ & econverso propter vicinitatem regnorum & communicationem morũ gentium istarum quam Italiæ & illarum. Quare deberent magis clerici Angliæ subiycere se legibus Franciæ & e converso quam legibus Lombardiæ.* This was a kind of invectiue against the receiuing of the Ciuill law mongst the Clergie in any other nation, sauing that wherin it was first bred. that is the *Italian*. Our stories haue no mention of this edict of *Stephen*. But it is in an autor of better autoritie (in regard of his time) then Frier *Bacon*. I mean *Iohn* of *Salisbury* liuing vnder *Hen*.2. He in his *De Nugis Curialium lib*.8. *cap*.22. speaking of such as too prophanely medled with what the Clergie had to do,

goes

goes on with *alios vidi qui legis libros deputant igni nec scindere verentur, si in manus eorum pervenirent iura vel Canones. Tempore Regis* Stephani *a regno iussa sunt leges Romanae quas in Britanniam domus venerabilis patris Theobaldi Britanniarum primatis asciuerat. Ne quis etiam libros retineret edicto regio prohibitũ est, & vicario nostro indictum silentium. Sed, deo faciente, eò magis virtus legis invaluit, quò eam amplius nitebatur impietas infirmare.* Wheras Frier *Bacon* takes it cleer that he prohibited the Ciuill laws, this *Iohn* of *Salisbury* (a man of great place and autoritie both with the King & Pope) seems to affirme it only of the Canon law. For he remembers it as an offence to the Church. Indeed in Archb. *Theobalds* time both the Canons and Ciuill law began to be publisht, & its like enough that he might bring in *Iuo's* or *Gratian's* Decree. *Iuo's* was written in time of *Hen.*1. and *Gratians* vnder K. *Stephen.* That *Theobald* was before Abbot of *Bec* in *Normandie*, and went to *Rome* for his Pall, and so, it seems, brought those laws home with him in 3. *Stephani Regis.* Its maruaile that our stories are so silent of this of K. *Stephen.* But see the Monks *sub anno* 1139. and specially

Guil. Malmesb. hist. Nouell. 2. fol. 103. *b.* touching the councell of *Winchester*, where the ground of his Prohibition perhaps shews it self.

Ad CAP. XXXIV.

22 *Quod Principi placuit.*] That is *Vlpians* in *π. tit. de Constit. Princip. l.* 1 *Quod Principi placuit legis habet vigorem, vtpote cum lege Regia, quæ de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem conferat.* The same is in *Instit. tit. de Iure nat.* §. *sed & quod.* and thence haue the Greek Lawiers their ὅπερ ἀρέσῃ τοῦ βασιλέως νόμος ἐστί, as *Harmenopulus* a Iudge of *Thessalonica* expresses it *Procheir. lib. α. tit. α.* and the Emperor is in *Near. Diatax.* 105. *cap.* 2. titled νόμος ἔμψυχος, a *liuing law.* The two Codes of *Theodosius* and *Iustinian*, the *Gregorian* and *Hermogenian* Codes, the *Nearæ Diataxeis* or *Authentiques*, and the rest of the *Nouellæ* are nothing but Constitutions by the Emperors, to whom the State of Rome permitted all by the *lex Regia* that was before in the people of Rome.

Ad

Ad CAP. XXXIX

23 P*Rolem ante matrimonium.*] This point of Ciuill law, is text in *C. tit. de Naturalibus lib. l* 10. *cum quis. Quomodo* (saies *Iustinian*) *non est iniquissimum ipsam stirpem secundæ posteritatis priorem quasi iniustam excludere, cum gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij, & nomen & ordinem consecuti.* For the birth of the first is often cause of the mariage following. But it is limited by some Doctors, that the woman be before *in concubinatu, in familia retenta*, that there be *indubitatus affectus sicut in vxore &c.* as you may see in *Bartol. ad finem* 1. *de Concubinis. Mynsinger. ad Instit. de Nuptijs* §. *Aliquando. Gothofred. ad Nouell.* 89. *cap.* 15. The Canon law agrees with the Ciuill in this matter, as is shown in an Epistle of Pope *Alexander* 3. to the Bishop of *Excester* in *Ext. tit. Qui filij sint legit. c.* 6. *Tanta est vis.*

Ad CAP. XL.

24 S*I bonus est bastardus.*] yet see *Tiraquell. de Nobilitate cap.* 15. *& Pontus*

tus Heuterus his collection touching Bastards at the end of his *De veteri Belgio*, & you shall find, that most of the braue spirits and able, of the former times, are in the catalogue of famous Bastards. Remember *Euripides* in his *Andromache*

* Νόθοι τε, saies he, πόλλοι γνησίων ἀμείνονες.

* *Many Bastards are better then legitimats.*

Ad CAP. XLII.

25 P*Artus semper sequitur ventrem.*] That is in respect of being free or bond. *In liberali causa, matris non patris inspicitur conditio C.tit.de lib. causa l.28. aui & l.42.placuit & de rei vendic l.7.Partum.* where the DD. dispute this point. But in matter of honor, or, as it were, hereditarie office their law is otherwise, as you may see in *C.tit.de Decurionibus l.22.eos. l.36.Exemplo.l.44.nulli°.& tit.de Murilegulis l.15. qui aut.* But the true reason was vpon this; that where mariage or *iura connubij* could not be, there alwaies *partus sequebatur ventrem*, in regard no legall father was of such a birth. and the *iura connubij* extended, before Christianity receiu'd, only to free men. *Vlpian* in his *Tituli, tit.de his. qui*

in potestate sunt hath these words, which are more worth then all the barbarous Doctors comments. *Connubio interveniente, liberi semper patrem sequuntur; non interveniente connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo qui ex peregrino & ciue Romana, peregrinus nascitur: quoniam lex Mensia* (from whom that law is so called I remember not) *ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi iubet. Ex ciue Romano & Latina, Latinus nascitur, & ex libero & ancilla, seruus, quoniam quum his casibus connubia non sunt, partus sequitur matrem.* For his speech of a *Roman's* marying with an *Italian* woman (not a *Roman*,) beleeue it not without examination of such storie as you may find collected in *Carol. Sigon. de antiq. iure Ciu. Rom. lib. 1. cap. 9.* and others dealing with that subiect. But cleerly its true generally, that where *iura connubij* were not, there the Roman law makes the issue follow the mother, as the law of nature requires, which the same *Vlpian* saith also *in 1. tit. de statu hominum l. 24. lex.* in which title *l. 19. Celsus* agrees with what wee haue transcribd from *Vlpian*. And the mariages with bond persons, were alwaies accounted but *contubernia*, and not

connubia, & they were ſtiled *contubernales*, not *coniuges*, as appears in *π. tit. de legatis* 3. *l.* 41. *vxorem* §. 2. *Codicillis*, & *C. tit. de inceſt. nuptijs l.* 3. *cum ancillis.*

25 *Mulieres honore maritorum.*] The text is not voucht out of the true place. it is in *C. tit. de incolis l. fin.* and alſo in *C. tit. de Dignit. l.* 13.

Ad CAP. XLIV.

27. *PRoximis de eorum ſanguine.*] The Ciuill law firſt gaue the wardſhip (of males till XIV. of females till XII.) to the *adgnati*, or thoſe *qui per maſculos coniunguntur*, and this was by the laws of the XII. tables, as appeareth *π. tit. de legitimis Tutoribus l* 1. *Inſtit. de legit. tutela.* But the difference twixt *adgnati* and *cognati* both in inheritance, as alſo in wardſhips, *Iuſtinian* took away in *Authent.* 118. *cap.* 5. and this is that which is here ſpoken of, and ſo is that law at this day.

28 *Ex parte matris.*] This matter of ſocage wardſhip is grounded vpon that ancient ground, held to this day regularly. *Nunquam cuſtodia alienius de iure alicui remanet de quo habeatur ſuſpicio quod poſsit*

vel velit aliquod ius in ipsa hereditate clamare. Glanvil hath it *lib.7.c.11.* & *Bracton lib. 2.c. 37.§. 6.* which is the same in substance in *Litleton* §.123. and *Breton cap.66.*

29 *In actibus bellicis.*] For, the ground and cause of Knight seruice wardships, was in this, that the Lords of whom the infants held, might bring them vp till full age, and instruct them in militarie performances, that so they might be better able to do their seruices by which they held; which because they could not doe in their infancie, the profits of the land was, as at this day, taken by the Lords to supply the defect of seruice. Neither is this custome of Wardship so new, as *Randolf Higden* in his *Polychronicon*, or rather some others not vnderstanding him, ignorantly make it, by supposing the beginning of it here vnder *Hen.* 3. Cleerly Wardships were before and from the *Normans*, at lest. See the *Grand Custumier*, and *Glanvil lib. 7. cap. 9.* Neither, if *Higden* himselfe had vnderstood those words in his Chronicle, which he took out of a former, written by an other Monk of *Chester*, which I haue seen, had any autority there been for *Henry* the thirds beginning them. His words are these, *sub*

anno 1224.& 6.*Hen.*3.*Magnates Angliæ concesserunt Regi Henrico Wardas hæredum & terrarum suarum quod fuit initium multorum malorum in Anglia.* An old Chronicle in that inestimable Library of Sir *Robert Cotton*, written by another of *Hidgens* covent, vnder the same yeer; *Magnates Angliæ reddiderunt Wardas suas Regi quod fuit initium malorum.* This Monk knew what he said, and vsd the word *Wardas* cheifly for Forts, Castells, Honors, and the like. by which the possessors preserued their safety in those troublesome times. For at *Northampton* all such were renderd to the king by the Nobility, vpon the exaction of *Hubert de Burgo* cheif Iustice, as both *Matthew Paris*, and *Florilegus* expresse in these words, *reddiderunt singuli castella, municipia, honores & custodias Regi qua ad coronam suam spectare videbantur.* Perhaps *custodiæ* might here comprehend the wardship too of some heires: But if so, yet they were such as some great men posset by reason of ancient tenures, and the King would then haue with the Castells, and Fortresses by others held, that he might enioy them with their enheritances, as part of securitie against the Barons. No such intent is in any

of

of the elder Monks, as some would extract out of *Polychronicon*. Neither was that giuing of Wardships to the King, other then as if the Nobilitie should now giue all their Wards to the King; supposing that the storie were cheifly of giuing Wardships of body and land in the common sense of *Wardæ*, as *Higden* misreports it. But for the true vnderstanding of that in storie, take *Rot.Fin.6.Hen.3.memb.4.* where a recitall is *provisum est de consilio Archiepiscopi Cant.& Episcoporum Angliæ & H. de Burgo Iustitiarij nostri & Comitum & Baronum nostrorum quod à die sci Barnabæ Apostoli proximo præterito caperentur in manum nostram omnia dominica nostra &c.* & hereupon writs go into all Shires, to seise into the Kings hands all such lands, castles, forts, mannors &c. But for the antiquitie of Wardships in *Britain*, both *England* and *Scotland*, See also *Hect.Boet.l.* 11. *Buchanan Rer.Scot.l.6.&* 10. *& leges Malcolmi* 2

Ad CAP. XLVI.

30 D*Vodecim denariorum valorem excedat.*] So is it vnderstood in the statut of *West.1. cap.* 15. that speaks of endite-

diremenes of petit larceny que n' amount ouster le value de xij. deniers. And therewith agrees *Itin. Canc.* 8. *Ed.* 2. *tit.* Coronne 404.406.& 415. But by *Breton cap.* 15. value of xi i.d. without more, makes it capitall felonie. So are also opinions in 18. *Assis. pl.* 14.22. *Assis. pl.* 39. See *Stamford lib.* 1. *cap.* 15.

Ad CAP. XLVII.

31 IN *vniuersitatibus.*] Indeed the study of the common law hath not place in our vniuersities of *Oxford* or *Cambridge*, because another vniuersitie (the Innes of Court) is appointed for it. Yet the statuts of the Vniuersitie of *Cambridge*, *Earum legum* (saies Doctor *Cowell* in his Epistle before his *Institutions*, as he calls it, of the laws of England) *quas habet patria nostra, imperitos nos esse prohibent, vt differentias exteri patriyque iuris sic cognoscamus.*

Ad CAP. XLVIII.

32 G*Allica.*] Touching this, *Ingulph* Abbot of *Crowland*, at the conquest, thus: *Ipsum etiam idioma* (Normanni)

ni) *tantùm abhorrebant, quod leges terræ, statutaque Anglicorum regum linguâ Gallicâ tractarentur: & pueris etiam in scholis principia literarum grammatica gallicè, ac non Anglicè traderentur, modus etiam scribendi Anglicus omitteretur & modus Gallicus in chartis & in libris omnib' admitteretur.* And *Robert Holkot* a learned Dominican Frier in *lect.* XI. *super Sapientiam. Narrãt historiæ quod cum Willielmus Dux Normannorum regnum Angliæ conquisiuisset deliberauit quomodo linguam Saxonicam posset destruere & Angliam & Normanniam in idiomate concordare, & ideo ordinauit quod nullus in Curia regis placitaret nisi in Gallico, et iterum quod puer quilibet ponendus ad literas addisceret Gallicã et per Gallicam Latinam, quæ duo vsque hodie obseruantur.* He saies the French continued till his time. For he died in the great plague 24. *Ed.* 3. But by statut of 36. *Edw.* 3. *cap.* 15. it was alterd, which is the Statut this autor speaks of.

Ad CAP. LI.

33 AD *Peruisum.*] This, *Chaucer* remembers in his Sergeant.

A Sergeant at law ware and wise,
That often had been at the Peruise.

It signifies an afternoons exercise or Moot, to the instruction of yong Students, bearing the same name originally (I ghesse) with the *Paruisiæ* in *Oxford*, as they call their sitting Generalls in the scholes in the after noon; which ingenuously I confesse, I first learned out of Mr *Wake* his *Musæ Regnantes pag.* 125. where he deuides the *Quodlibets* or *Disputationes Magnæ*, which are their exercises of Regent Masters in the forenoon, from *Paruæ*, that is, Scholers exercise in the after noon. *Has* (are his words) *quia ijs inferiores*, Paruas, *iam etiam corrupto nomine*, Paruisias *dicere consueuimus.*

Radulphi
de
HENGHAM

Edwardi Regis I.

Capitalis *olim* Iustitiarij

Summæ,

Magna Hengham, & Parua, *vulgò nuncupatæ. nunc primùm ex vett. Codd. Mss. in lucem prodeunt.*

LONDINI
Bibliopolarum corpori excuditur.

M. DC. XVI.

Ad Lectorem.

HAùt importunum est, vt de *Scriptore* isthoc iam nunc publici iuris facto, de *Opere* ipso, de *Sermone* deniq; Aristarchis satis inviso, & instar portenti (vt reliquus ferè, quo ius Anglicanum conscribitur) habito, paucula prælibentur. Ex iis erat RADVLPHVS de HENGHAM *Justitiarijs* qui, quòd lites suas fecissent postulati, & repetundarum damnati, non modò grauissimè anno XVI. Edwardi primi, cum in Angliam ex Aquitania remearet, multabantur, sed etiam ordinem amittebant. Priuatis, siue

Centumviralibus, iudicijs, hac tempestate, præerat iudex primarius (quem *Capitalem Iustitiariũ* de *Communi Banco* phrasi dicimus forensi) *Thomas* de *Weylond*, Publicis Radulphus; *Capitalis Angliæ Iustitiarius* vulgò nuncupatus. Vterque ordine summotus. Radulphus VII. CIↃ. libris luebat. verùm Thomas ille bonis omnibus exutus exulabat, quod veteri etiam iure Romanorum erat nonnunquam repetundarum pœna, vti ad legem Iuliam docet Iulius Paullus. Hic autem, postquã in principis redierat gratiam, summus iudiciorum priuatorum suffectus est præfectus. Et hunc & illum ita me-

memorat vetustus annalium scriptor,

Thomas de *Weylöd* en banc pꝛies nome
Per agard de court, le reign ad soꝛiure
Sir *Rause* de *Hengham* ad tant disputé
Que du Banc le Roy perdu ad le ses.

Plura de ijs, cæterisque, sub id tempus, *Iustitiarijs* pœnæ obnoxijs, habes apud rerum Anglicarum consarcinatores vernaculos. Ex eadem ortus esse videtur familia, ex qua *Willielmus* filius *Adæ* de *Hengham* & *Richardus* de *Hengham*; qui in pago Norfolciensi, plerunque Thetfordiæ, *Iustitiarij ad assisas capiendas & ad Gaolam deliberandam*, sub initijs Henrici tertij, in *Archiuis sæpius memorantur. Obijt anno salutis re-

* *Rot. Pat. 11. Hen. 3. Memb. 11.* & alibi *eodem Rot.* & *Claus. 11: Hen. 3. memb. 8.*

reparatæ cIↃ. CCC. IX, hoc est anno Edwardi secundi secundo; quod ex actis publicis transactionum, quas Fines appellamus, cognoscitur. Marmore eius sepulchrali, in D. Pauli ædibus, restant inscripti, literis fugientibus, versiculi hi miseri.

Per versus patet hos, Anglorũ qd iacet hic
Legum qui tuta dictauit verâ statuta, (flos;
Ex Henghã *dict°* Radulpi° *vir benedict°.*

Summas hasce, *Magnam* Hengham, & *Paruam* Henghan vocant. Vtraque in ius vocandi seu vadandi, excusationum, & exceptionum, in actionibus maximè *de Recto*, *de Dote*, & *de Assisa*, formulæ & verba solen-

nia

nia continentur. quæ tametsi æuo nostro vix sint in vsu, praxi nimirùm iuris aliò plerunque vergente, inde tamen colligas licet quanta fuerint apud priscos iuris Anglicani peritos autoritate, quòd in optimæ notæ Codd. vett. statt. mss. ambas velut agendi normulas olim à pragmaticis circumferebantur. Accedit etiam, quòd quisquis ille fuerit qui *Magnam Chartam* & quæ sequuntur Latinè & Francicè conscripta in notissimo illo iuris enchiridio, primùm Anglico donauerit idiomate, has etiam Radulphi, vt lectore ante alia dignas, transtulerit, alteramque Michele Hengham

alteram Luttle Hengham inscripserit. Manuscriptum exemplar illius versionis ætatem Edwardi siue II, siue III, redolentis, penes est virum CL. multijugæ item eruditionis, & vetustatis peritissimũ *Franciscum Tate* ICtum. Stylus scriptoris, vel potiùs ipsa styli vocabula, satis sunt à latinitate aliena, vti & veteres ferè qui restant autores, constitutiones, atque acta publica iuris Anglicani. Cæterùm, cum ante Normannos Anglicè, tempestate verò citeriori, Frãcicè, actiones heic intenderentur, & solennes pro tribunali disputationes haberentur, sermo autem Latinus casu accederet,

deret; id ferè necessum est eueniret eis, qui, siue publicis actis siue priuatìm conscriptis libris, ius Anglicanum latio donare sermone sunt adgressi, quod olim Theophilo Antecessori, Constantino Harmenopulo, autori Basilicôn, Athaliatæ, Blastari, Photio, Theodoro Balsamoni atque eiusdem farinæ alijs accidit, qui iura Romanorum & Ciuilia & Pontificia Græcè, in Orientalis Imperij vsum, verterunt, vt nimirùm quamplurima vocabula merè Latina Græco in contextu, mutatis tantummodò elementis, retinerent. cuiusmodi sunt Ιντέρδικτον δικορέμ, φορεβέμ, Αδιδλίζια ἀγωγή, Βονορέμ ῥαπορέμ, δολό-

λφ μάλφ, Δεινοφρικωσσο, Ινρὲμ, ἰφοῖερε, ἐμμάγκιπεσθέιν, Ιεν ϛεροτὰς, φιδεικομιστὲμ pro *Interdictum de quorum Bonorũ, AEdilis actio, Bonorum raptorũ, de Dolo malo, De inofficioso, In rem, Ipso iure, emancipare, vniuersitas, Fidei commissum*, atque id genus sexcenta alia passim occurrentia. Minimè enim ignari erant, non tam atticismos in oratione, nec græcas voces in nominum versione sectari se debere, quam Iuris peritorum quorum Responsa, atque imperatorum, quorũ Sanctiones interpretarentur, mentem seruare. Ridiculum est, pharmacum à poculi materie æstimare. Insanum, Decembri eò repudiare lacernam, quòd

non

non ex lana sit siue Apula, siue Attica, siue Lemsteriana. id quod faciunt fermè ij, qui ob orationis barbariem res ipsas reijciunt. quod optimè olim notauit magnus Plutarchus longè etiam charissimus Musarum alumnus, in eos, qui rebus seu docendis seu dicendis sermonis puritatem fastidiosi anteferunt. Inter ea autem scripta forsan hæc Radulphi fuerint censenda, quæ in antiquariorum loculis seruata non tam reconditũ quid aut inauditum docent, quam ideò maximè desiderantur, vt quæ, quanta, & cuiusmodi doceant, cum nimirùm magna præ se ferant nomina, studio-

sorum

forũ votis innotescat. Nec tamen desunt Radulpho, quæ valorem ei concilient. Absq; illo esset & Henrico de Bractona (qui etiam plurima, nec tamen quæ scitu digna omnia heic habentur, nec tam certo formularum ordine, tradidit) haùt pauca de Excusationibus præsertim & vadimonijs desertis (Essoins & Defaults in foro vocant) prorsus forent incognita. Cæterùm his fruere quisquis es lector, & Vale. Ex ædibus Interioris *Templi Prid. Cal.* Augusti. CIↃ.DCXVI.

Radulphi
de
HENGHAM

Summa Magna.

LIcet ordo placitandi in Curia Domini Regis, ſecundum leges & conſuetudines regni a Primicerijs noſtris ꝓtinus retro ſtatutas, æquus & iuſtus ac in omnibus acceptabilis extiterit, Hoc tamen, quod idem ordo in forma communis ſcripturę non regiſtratur, quamplurimos ipſum ſcire conantes aliquantiſper impedit & retardat. Nam ſi mens humana ſingula cordetenus, quod abſurdum eſt, memorare valeret, ſequeretur tunc quod ſcribere nil aliud eſſet quam laborem laboribus anticipare. Et quia frequenter ſcriptura & properè rememorat ea quæ per labilitatem ingenij ſæpiùs ſubcidunt & vacillant, Ego non ad inſtruendū aliquem ſuper huiuſmodi

legibus

legibus regni, verum ad materiandum futuris correctoribus quędam introductura, non serie qua debui sed qua sciui, proposui compilare. Cernentibus ea supplicans, vt opera huic apposita, in scientiam acquietent operari & excusent. *Breuia* siquidem Regis de placito terræ; & qualiter & quibus *dilationibus* potest tenens differre litem, ante communē *apparitionem* in Curia. & Quomodo debet *Petens* opponere, & respondere *tenens*; In quibus casibus potest denegari *visus* terræ & in quibus Non; & natura *exceptionum* tam *dilatoriarum* quam *peremptoriarum* videlicet ante visum terrę factarum & post; & Modus *Cyrograffandi* si per *finem* factum lis decidatur necnon & exceptiones contra ipsum finem; ac Quędam *Exemplaria* discussionem huiusmodi placitorum iuuantia suis locis continentur inferi. Et de Iurisdictione *Curiæ Baronis* & *Comitatus* cum lis a tali Curia translata fuerit.

CAP. I.

Breue *de Recto* cum suis Branchijs.

E*Dwardus dei gratia &c.* Henrico Hussy *salutem. Præcipimus tibi quod*

sine

sinè dilatione plenum rectum teneas Ric. le Iay *de vna Carucata terræ cum pertinentijs in H.quam clamat tenere de te per liberum seruicium vnius d. per annum pro omni seruicio quam* I.de B. *ei deforciat.& nisi feceris,vicecomes de* Sussex *faciat, ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti.* T.&c.vel sic *vnde* W. de O. *quatuor acras* B.de O. *quinque acras & tu ipse decem acras terræ &c. Et vnde* I. de D. *vnam medietatem &* R.de P. *aliam medietatem terræ ei deforciat. Et nisi feceris &c.* vel sic.

Rex tali salutem. præcipimus tibi quod sinè dilatione plenum rectum teneas Richardo le Iay *de vno mesuagio vno molendino decem acris terræ x. acris pasturæ, x. acr.bosci & xx.acr.marisci cum pertinētijs in H.quæ clamat tenere de te per liberum seruicium vnius denarij per annum pro omni seruicio vnde* W. de M. *duas partes vnius mesuagij & vnius molendini,decem acras terræ,decem acras prati,x.acras pasturæ & x.acras marisci, Et* W. de B.*tertiam partem vnius mesuagij vnius molendini x. acr. terræ x.acras prati x.acras pasturæ,x.acras marisci eidem deforciat & nisi &c.* vel sic.

Rex tali salutem. Præcipimus tibi quod

sinè

sinè dilatione plenum rectum teneas R. le Iay *de xx.acris terræ & mediet. vnius mesuagij & vnius molēdini cum pertinentijs in H.quas clamat pertinere ad liberum tenementum suū quod de te tenet in eadem villa per liberum seruitium vnius libræ Piperis vel Cumini per annum pro omni seruicio, vnde* W.de I.*decē acras terræ & medietatem vnius mesuagij* & W.de E.*x.acr.terræ & medietat. vnius molendini ei deforciant. & nisi &c.*vel sic.

Rex tali salutem. Præcipimus tibi quod sinè dilatione plenum rectum teneas Ric. le Iay *de x.acris terræ x. acris prati x. acris pasturæ cum pertinentijs in H. quas clamat esse rationabilem partem suam quæ eum contigit de libero tenemento quod fuit* E.de N.*patris* vel *matris fratris* vel *sororis, auunculi* vel *amitæ consanguinei* vel *consanguineæ suæ in eadem villa & tenere de te per liberum seruitium &c. quas* W.de C. *ei deforciat. vel quas clamat esse de rationabile parte sua quæ eum contingit de libero tenemento quod fuit* E.de N.*patris* vel *matris &c.in eadem villa & tenere de te &c.*

Et si terra, quæ petitur, pertinet ad eam quæ tenetur sub eodem seruicio, tunc sic. *Quam clamat pertinere ad liberum tenementum*

mentum quod de eo tenet in eadem villa per liberum seruitium &c. quam talis ei deforciat &c.

Vacante Archiepiscopatu vel Episcopatu, seu alio magnate extra regnum existente, tunc sic.

Rex Custodi Archiepiscopatus vel *Episcopatus salutem. Præcipimus vobis &c. quas clamat tenere de prædicto Archiepiscopatu* vel *Episcopatu per liberum seruiciũ &c. quas* O. *ei deforciat &c. & nisi &c.* vel sic, *Rex Balliuis I. Lincolniensis Episcopi* vel *Balliuis* G. de Clare *Com. Glocestriæ* vel *Balliuis* I. filio Alani *Comiti de* Arundel *salutem. Præcipimus vobis quod sine dilatione &c. tali de xx. acris terræ cum pertinentijs in N. quas clamat tenere de prædicto Episcopo* vel *prædicto Comite*, vel *de prædicto filio* Alani *&c. quas* M. de N. *ei deforciat & nisi &c.* vel sic.

Rex venerabili in Christo patri I. eadem gratia Lincolniensi Episcopo, salutem. mandamus vobis quod sine dilatione &c. A. de N. *de x acris terræ cum pertinentijs quas clamat tenere de vobis per liberũ seruicium &c. quas E. ei deforciat, & nisi &c. Vicecomes &c.* vel sic. *Rex Balliuis suis* Wintonię *s. Præcipimus vobis &c.* A. de N. *de*

vno mesuagio cum pertinentijs in W. quod clamat tenere de Nobis in liberum Burgagium vel *maritagium.*

Hic non dicatur, per annum, nec, pro omni seruicio. vel sic.

Rex Maiori & Vicecomi. London *S. præcipimus vobis &c.* A. de N. *de vno mesuagio cum pertinentijs in London quod clamat tenere de nobis per liberum seruitium, &c. quod* O. *ei deforciat. Ne amplius &c.* vel sic.

Rex A. de N. *S. præcipimus tibi &c. de quatuor virgatis terræ &c. quas clamat tenere de te per liberum seruicium vnius Austurconis* vel *vnius esperuarij sorij*, vel *vnius libræ piperis* vel *Cummini per annum* vel *per liberum seruicium sequendi curiam tuam de N. de ribus septimanis in tres septimanas* vel *per liberum seruicium portandi breuia infra regnum Angliæ*, vel *infra talem comitatum*, vel *sequendi Comitatum talem*, vel *hundredum pro omni seruicio.*

Hic non dicatur, per annum.

Sunt autem huiusmodi breuia infinita secundum diuersitatem eorundem seruitiorum & tenentium, quod non est opus inserere. vel sic.

Rex tali salutem. Præcipimus tibi &c.

de

de pastura ad centum oues &c. vel ad x. oues in N. *quam clamat pertinere ad liberum tenementum suum quod de te tenet in eadẽ villa per liberum seruicium &c. ne amplius, &c.* vel sic.

Rex tali salutem. Præcipimus tibi &c. tali de tribus carucatis terræ &c. quas clamat tenere de te per seruitium vnius Militis, vel *inveniendi tibi duos homines equites* vel *pedites ad eundum tecum cum arcu & sagittis in exercitum per tantum tempus,* vel *per seruitium decem solidorum quando* XL. *solidi capiuntur de scuto,* vel *per seruitium vnde decem carucatæ terræ, vel tot Hydæ terræ faciunt feodum vnius militis pro omni seruicio.*

Hic non dicitur, per annum.

Breue de *recto de dote* semper debet dirigi hæredi viri vel eius custodi, si hæres infra ætatem extiterit; nisi tenementũ illud denenerit in manus capitalis domini pro defectu hæredum; quia tunc debet dirigi capitali domino, ut inferius patebit suo loco.

CAP. II.

Quæ placita pertinent ad *Maiorem Curiam* Domini Regis, & quæ ad *Vicecomites* provinciarum pertinent placitanda.

COnstat quod placita de *Crimine lesæ Maiestatis*, vt de *Nece* vel *seditione* personæ domini Regis vel regni vel *exercitus*, *homicidio*, *raptu*, *Incendio*, *roberia*, *pace* domini Regis *fracta*, *crimine falsi*, & si quæ sunt similia, vbi scilicet imminet periculum vitæ & membrorum, ad *Curiam* domini Regis *Maiorem* pertinent audienda & de terminanda. Placita vero de *furtis*, *melletis*, *hutesio*, *plagis*, *verberibus*, *transgressionibus*, vbi non agitur de pace domini Regis fracta, ad *Vicecomites* pertinent audienda & determinanda. De placito verò terræ, similiter potest vicecomes cognoscere. quemadmodum quando placitũ aliquod diuertitur a *Curia Baronis* propter defectum ipsus Curiæ, & quando conuenitur ipse tenens in *Comitatu* absolute. ex quo dominus feodi non potest ex officio facere

hanc

hanc Assisam in Curiam suam venire, videtur quod non defuit petenti de recto, quando non falsat. Tunc ipse petens supplicabit capitali domino vt remittat ei Curiam suam. Et tunc potest ire bene ad *Comitatum* si velit. Et hæc est cautela necessaria.

CAP. III.

De iurisdictione *Curiæ Baronis* & qualitur procedendum est in eadem.

QVodlibet autem breue de *Recto*, præterquam breue *parvum secundũ consuetudinem manerij*, debet esse patens, & *præcipe in capite* clausum, & debet deferri in Curia ipsius Baronis de quo ipse petens clamat tenere terram petitam. Potest autem petens si voluerit in Curia illa prosequi loquelam suam vsque ad discussionem litis per narrationem narratam, vel feriationem duelli. Sed si tenens posuerit se in *Magnam assisam* domini Regis in Curia illa, remanebit loquela illa hoc modo. Tenens ille adibit Curiam & habebit breue Regis ad vicecomitem loci, per quod breue idem vicecomes pro-

hibebit dicto domino feodi ne teneat placitum in Curia sua, nisi duellum fuerit inde vadiatū, eo ordine quo rex mandat quando huiusmodi placitum deducitur in Comitatum. Et tenens semper gaudebit essonijs suis tam de *malo veniendi* quam de *malo lecti*. Tamen in adoptione petentis erit, si voluerit in eadem Curia tam diu deducere placitum suum, vel non. Qui si voluerit abinde recedere, adeat ballium Regis & probet sacramento suo vel per duos testes Curiam domini sibi de recto defecisse, & sic velit nolit dominus ipsius Curiæ, etiam invito ipso tenente, potest huiusmodi loquela sic transferri ad comitatum. Et quid si Curia ipsius Baronis non defecerit ipsi petenti de recto, qui sic transtulerit loquelam suam ad Comitatum? Certe dominus illius Curiæ, si voluerit, potest retrahere loquelam illam in Curiam suam, & eam ibi terminare ordine prædicto; Dum tamen sufficienter probare poterit Curiam suam de recto dicto petenti non defecisse. Videtur autem quod idem Dominus Curiæ potest adeo simpliciter procedere in huiusmodi probatione, sicut potest dictus petens in probatione

fal-

falsandi curiam suam. In *Maiori* autem *Curia* domini Regis, potest Idem Dominus facere consimilia; tamen rarò contingit. Paruum enim seu nullum dominis curiarum in huiusmodi placitis tenendis proficuum ascribitur. Et sciendum quod in *Curia Baronis* non debet *Attornatus* aliquis admitti sine breui domini Regis. Potest equidem dominus alicuius curiæ si voluerit ex gratia per literas suas patentes scribere domino Regi quod remisit ei curiam suam, si tantum diligat ipsum petentem; qua litera porrecta in Cancellaria domini Regis, petens ipse habebit suum *præcipe de recto*, directum vicecomiti, per quod precipiet tenenti quod reddat terram petitam, & nisi tenens hoc fecerit & ipse petens fecerit ipsum vicecomitem securum de clamore suo prosequendo tunc summoneatur ipse tenens quod sit ad certum diem in Banco. Et sic ante aliquem ingressum litis in curiam comitatus vel Baronis, potest huiusmodi loquela vel placitum primo die diuerti ad *Curiam* domini Regis *Maiorem*.

CAP. IIII.

Qualiter procedendum est in *Comitatu* post *Curiam Baronis* alicuius falsatam. Breue *de Pace*. Recordum *Comitatus*. *Falsum iudicium* in Comitatu. *Sectatores*.

PRobata siquidem in solennitate quà decet, quod *Curia Baronis* defecerit huiusmodi petenti de recto, potest ipse petens in eadem curia prosequi loquelam suam si voluerit in omni euentu, vsque ad diffinitam discussionem litis. Hoc tn. excepto, si tenens posuerit se in magnam assisam domini Regis super repetita. Et si tenens sic se posuerit, ad proximum sequentem Comitatum, gaudere potest essonio, ita quod in secundo comitatu protendat in pleno comitatu breue *de pace* quod vocatur *prohibemus*. Tunc remanebit loquela ad petitionem tenentis vsque dum venerint *Iustitiarij ad omnia placita*. Ex hoc liquet quod nec dominus alicuius feodi, nec vicecomes regis, qui maior est in iurisdictione, posit aliquem liberum hominem ad corporale sacramentum

mentum ponere sine breui domini Regis. quod si facere possent, & tam dominus ille quam vicecomes ex officio sibi commisso huiusmodi *magnas assisas* caperent suis locis. Caueat rursus reus sibi qui se sic in illam assisam regalem posuerit quod dictum breue *de pace* deferat ad proximum comitatū vel secundum, saluato en. per essonium primo Comitatu post talem positionem. Quod si non fecerit, ad calumniā petentis per præcisam amissionis defaltam, se ipsum ac perpetuam eius successionem priuare iudicabitur de petitis. Hanc vero defaltam habet Comitatus determinare & inde Recordum in omnibus * Curijs reportare, quicquid erit in Comitatu in huiusmodi placito, ante positionem in magnam assisam vel duelli vadiacionem. Etiam, si apparentibus partibus quereletur & respondeatur, siue loquela per nontenuram vel per quemcunque * bipertijocum cauilletur lis illa, dummodo detur dies ad proximum Comitatum partibus, ad petitionem petentis, per breue quod dicitur *pone*, potest transferri negotium, siue placitum illud fuerit, coram iustitiaris in *Banco* vel *Itinerantibus* in ipso Comitatu.

* al. breuibus.

* al. bipartiuocum.

Et

Et sic adnihilabitur processus inde habitus, & stat breue. Petens autem quicunque fuerit moderatâ gratia potest habere *Pone*. Supponendum est n. quod procrastinatio petitionis non prejudicat occupāti. verbi gratia. si Peterem a te fundū hodie mihi restitui, quod me procurante differtur, possit a casu tibi occupanti proficere. ideò quia ponere aliquam loquelam extra comitatum vbi celerior litis habetur determinatio quam in banco* & quia presumitur quod petens petitionem maturare debet. Et sic patet, quia prorogat quod * congerere debet petens, ex gratia cursoria conceditur sibi *Pone*, Tenenti autem nequaquam, nisi ex gratia maiori, & causa speciali, vtpote, si vicecomes loci fuerit de stipite consanguinitatis vel aliqua affinitate *siue particeps in pētitione petentis*, vel aliquantisper rei offensa separauerit vicecomitem a tenente. ex dicta causa siue aliqua alia rationabili interueniente innuitur tenenti dictum *Pone*. A vicecomite vero prefixo die litigantibus in Comitatu, ad primum comitatum potest tenens facere defaltā. Caueat tn. quod infra xv. dies terram suam replegiet, quod si non fecerit, seisinā per-

*al. *congrauare*

perpetuā, nisi aliunde recuperet, amitter. vel ad primum Comitatum potest essoniari de *malo veniendi*, & ad secundum facere defaltam & ad tertium de *malo lecti*. Essonium autem de *malo lecti* semper sequitur essonium de *malo veniendi*, & non econtra. Tamen vicecomes ex officio suo mittere debet quatuor milites de eodem Comitatu ad videndum infirmum, eo ordine quo faceret si placitum esset in Banco; & ideo pręcipietur ei hoc idem facere per breue de iudicio. Ipsi quoque milites, secundum quod infirmus surgere aut languorem capere elegerit, pręfigant ei diem quindenæ, vel vni° anni & vnius diei. Breue ad videndum infirmum.

Rex vicecomiti salutem. mitte quatuor legales milites de Comitatu tuo vsque N. *ad* I. *qui languidus est ad videndum vtrum infirmitas quase essoniauit de malo lecti versus B. de placito terræ quod est inter eos in Comitatu tuo, sit languor necne. Et si sit languor tunc ponant ei diem a die visus sui in vnum annum & vnum diem apud Turrim London præfato B. inde respondsurus, vel sufficientem per se mittat responsalem. Et si non sit languor tunc ponant ei diem a die*

 visus

visus sui in xv. dies quod tunc sit ad proximum Comitatum tali præfato B. inde responsurũ vel sufficientem &c. Et dic quatuor militibus illis quod tunc sint ibi ad testificandum visum illum & quem diem ei posuerunt, & habeas ibi nomina militum & hoc breue.

Ante visum terræ petitum & factum, potest tenens essoniari de *malo lecti*, & post visum similiter, precedenti semper essonio de *malo veniendi*. Sed tantum vnus languor capi potest ante visum vel post, pro voluntate tenentis, & non plus, quamuis essonium de *malo lecti* in *Maiori Curia* domini Regis, vtpote ad *Bancũ* vel in *Itinere Iustitiariorum*, iaci debeat tertio die ante diem placiti prefixum & per duos essoniatores. Et hoc in præsentia Cõstabularij Castri, ciuitatis, vel Burgi vbi huiusmodi placita tenentur, qui inde Recordum portat coram eisdem Iustitiarijs vel corã Maiore huiusmodi ciuitatis si Castrum non habeatur, nec per consequens Constabularius. Quia frequenter euenit quod comitatus tenentur in siluis, & Campestribus foris, villis & alibi. videtur n. quod calumniatio essonij de *malo lecti* non proiecti ante ter-

*al. tales seu talas.

tium diem, nec per duos testes locum non tenet. quia in talibus locis nulla residet talis persona quæ talia recordare vel testificare posset vel deberet. Tamen si huiusmodi placitum fuerit coram Iustitiarijs *de Banco* vel *Itinerantibus*, debet ex consuetudine & iure huiusmodi essoniũ iaci ad Castrum Comitat⁹ vel Burgi coram Constabulario vel ad Turrim Londoniæ ꝓ Banco, vel alibi in Itinere Iustitiariorum propter huiusmodi reseantiam. Idem dico de *Curia Baronis*. Non n. tenens ignorat a quo domino tenet & cui feodo est annexus. Per duos autem essoniatores solemnizari debet tale essoniũ, vt vnus per essonium excuset infirmum, & alius propter priorem excusationem in essonio de *malo veniendi*, in hoc essonio quasi iterato de vna & eadem ęgritudine, testimonium perhibeat. Et idem iaci debet tertio die ante diem litis, propter computationem dierum in anno bissextili, vt cum detur dies languido a die visus sui in vnum annum & vnum diem per ipsum diem integrum ante tertium diem, ante diẽ litis possit saluari dies excrescens in anno bissextili, & computari in integritate anni, quo dictum essonium

pro-

proiectum fuit, Teste *consilio domini Henrici Regis*, ac breui suo inde directo Iustitiarijs suis de Banco anno regni regis *Henrici* LIIII. Essonium autem de *vltra mare* de iure locum non tenet nisi in prima excusatione iaceatur, & hoc intelligito nisi reus iter arripuerit versus vltra mare prius quam summonitionem receperit. si n. reciperetur huiusmodi essonium de vltra mare post essoniū de *malo veniendi*, vel summonitionem saltem, frequentèr accideret quod ipse reus malitiose hoc faceret ad prorogandum ius petentis. Et ideò locum tenet in prima excusatione litis. Quia ex quo implacitatus ille iter arripuerit ante summonitionem receptam, videtur quod non constabat ei dies de placito prędicto. Et quid si reus de *vltra mare* essoniatus tali die essonij proiecti, fuerit in regno. Certè si petens hoc eodem die calumniet, ad aliud diem placito prefixum dummodo hoc sufficientèr probare poterit, reo adiudicabitur pro defalta. Interest autem Iustitiariorum inquirere huius rei veritatem. Vicecomes autem in suo comitatu similiter faciat, aut probationem illius petentis recipiat *sexta manu*. Comperto siquidem

ipsum

ipsum reum in die dicti essonij proiecti extitisse in regno, reus ille amittet seisinã terræ petitæ per defaltam. Essonium de *seruicio D. Regis* semper admittitur & locum tenet ad alium diem, dummodo porrigatur breue domini Regis de warranto essonij prædicti. Et si reus non porrigat sic, cadit illud breue in defaltam amittendi seisinam terrę. Et si placitum fuerit de captione aueriorũ cadit in misericordiã tanquã indefensus, & petens habebit per iudicium retornum aueriorum. Quando dominus *Rex est in exercitu*, reo secum existente, & hoc liquet in Cancellaria domini Regis, warrantum habebit, Sed si *rege non existente in exercitu* miserit aliquem talem in seruicio suo, si hoc in rotulis Cancellarię non inseratur oportet quod *aliquis miles* compatriota ipsius sacramento testificetur ipsum reum esse tali die in seruicio domini Regis antequam breue *de seruicio suo* concedatur. Si in sine rita examinatione concedetur tale breue, ordo iuris creberrimè peruerteretur. Nam in quocunque statu esset lis huiusmodi siue post vel ante positionem in magnam assisam aut duelli vadiationẽ, per talem warrantum posset ius petentis

retardari

retardari & casualiter imperpetuum. Et ideò tali solemnitate fiat huiusmodi warrantizatio. De plerisque autem placitis potest *Comitatus* ferre recordum. Vt cum quis aliquē implacitauerit in *Comitatu* p breue domini Regis de *Consuetudinibus & seruicijs*, & ipse reus dedicit in pleno comitatu ipsi petenti huiusmodi seruicia petita, & ipsum disaduocet pro domino. Tunc dominus ille posteritate dierum petierit per breue domini Regis *de Recto* de petendo tenementum illud de quo dedicta sunt huiusmodi seruicia petita, habendum in dominico pro seruicio sic dedicto. Si reus ille hoc in responsione negauerit, siue in eodem *Comitatu* id neget, siue in *Maiori Curia*, habet comitatus in hac causa ferre recordum. Et si *Comitatus* sic recordatur, petens recuperabit de prędicto tenente seisinam perpetuam, & si *Comitatus* econtrario recordetur, petens amittet clamium imperpetuū. De his portat *Comitatus* Recordum. De *positionibus in magnā assisam, duelli vadiatione, defaltis post defaltam*, vtpote post visum terræ factum, vt in defaltis ; si reus postquam se posuerit in magnam assisam, ad proximū comitatum non tulerit breue

ue domini Regis *de pace* quod vocatur *prohibem*⁹; vel essoniatus fuerit ad proximum comitatum post huiusmodi positionem & ad secundum non deferat dictum breue,& in singulis placitis terræ vbi tenens amittet per defaltam. Et in *vetlegarijs*,& in prosecutione *appelli sine breui*,vel *cum breui*,habet comitatus portare recordum in eodem *comitatu*, & in *maiori curia* domini Regis. Tamen si reus fecerit defaltã in eodem comitatu post visum terræ factum,& ad calumniam ipsi⁹ petentis summonitus esset ille reus ad audiendum iudicium suum,& deferat suum *pone* ad amouendam loquelam illinc coram *Iustitiarijs de Banco*, quod ꝑ assignationem causarum superius expressarum facere posit ex gratia speciali, generaliter sunt reincipienda omnia retroacta in comitatu ante positionem in magnam assisam vel duelli vadiationem.& cum per *pone* venerit loquela ad *Bancũ* in prædicta defalta post visum,comitat⁹ non portat recordũ.Singula *placita sine breui* deducta in *Comitatum*,extra comitatum carent Recordo ipsius comitatus. Et omnia placita deducta in Comitatum *per breue* transferri possunt per breue

coram Iustitiarijs de *Banco*, vel *Itinere*, & non econverso. Quia in ipsomet *Pone* semper sic dicitur; *Pone ad petitionem petentis loquelam quæ est in Comitatu tuo per breue nostrum de recto &c.* Tunc igitur sequitur ex verbo illo [*per breue nostrum*] quod si petens non agat per breue, quod nulla est ibi loquela. Hoc autem dico ad adnullandam opinionem Rusticorum ruralium qui frequenter ex impetuoso garritu, vt appareant quod non sint, sustinent econverso. Sin autem placitum fuerit in Comitatu *sine breui* vel *cum breui*, *executiones* Iudiciorum habitorum in comitatu fient & fieri debent per Balliuos domini Regis eiusdem comitatus. Quemadmodum siue, p̄narrationem narratam, siue per defaltam post defaltam, adiudicetur ipsi petenti seisina de petitis, ex pręcepto vicecomitis ponat dictus Balliu⁹ petentem in huiusmodi seisinam, nec oportet ipsum petentem quęrere aliud breue ad hoc faciendum. Quia vicecomes ex iudicio comitatus in hoc casu naturam & tenorem tam *parui Cape* quam *magni* ex officio sibi commisso habet sine breui. Ideo Iudicia siquidem comitatus pronunciari debent per aliquem *Sectatorem*

torem ipsius comitatus. Et cum aliquotiens euenit, quod quis queratur domino Regi de *falso iudicio* reddito in *ipso Comitatu*, non intelligatur, si comperiatur ipsum *iudicium falsum* esse, quod *vicecomes* inde puniri debet, immo comitatus, id est *communitas comitatus*, vnde expedit huiusmodi *sectatoribus* tale respondere quale pro iusto poterint aduocare. Si autem vicecomes possit reddere huiusmodi iudicium, quandoque pretextu lucri, vel causa ignorantiæ deuiaret, quod si sic faceret, indebitum esset & iniquum * prosequentibus huiusmodi causam impingere. Et alia subest causa. Sunt n. nonnulli *vicecomites* adeo simplices quod non habeant vnde respondere possint de misericordia assignata quando convincentur de tali iudicio in curia. Et ideò statuitur quod *totus Comitatus* reddat iudicium. Caueant nunc de iniustè procedere. Semper intelligendum est quod quęlibet *summonitio* fieri debet per *bonos summonitores*. Videamus ergo quid & quale sit officium summonitorum.

*al. *sectatoribus*.

CAP. V.

De officio *summonitorum*. Lex vadiata. Essonia,

CVm ordo placitandi in *Curia Baronis* & *Comitatu* p breue domini Regis de recto superi' in parte exprimatur, nunc cum huiusmodi loquela in pleno comitatu per breue quod vocatur *Pone* adiornata fuerit in Bancum, opus est docere quomodo ipsi petens & tenens de cętero debent procedere. Cursorium est autem, quod quandocunque petens fecerit defaltam, tenens eat quietus sine die. Et tam petens quam plegij sui de prosequendo in misericordia. Et ideò de tenente & eius defensionibus loquamur. Primò de placito atterminato ad *Bancũ* foris *Comitatum* per *Pone*. In primo die potest petens essoniari de malo veniendi ab initio & gaudere eodem essonio, sed non decet propriam commoditatem differre. Duo boni *summonitores* adibunt tenentem dicendo sic. *Nos A. & B. summonemus te quod sis tali die apud* London, *corã Iustitiarijs de* Banco *respon-*

surus tali *de* tanto *terræ cum pertinentijs in* N. & specificare debent quantitatem. In iudicando autem *essonio* semper respicienda sunt breuia originalia & status placitorum, ne fortè per iterationem essonij nimis differatur petitio petentis seu per machinosam cautelam prosequentis aliquid huiusmodi essonium. sed si tale *essonium* irritum fuerit convertatur in *defaltam*. Et ideo Iustitiarij sic faciunt ad euitandum periculum & errorem. Et si *summonitores* non faciunt officium suum vt prædictum est, tunc non conceditur secundum legem terræ. Et hoc idem dico, quod si summonitio non fit secundum legem terræ post terram captam in manum Domini Regis, replegiare eam potest reus & omninò disaduocando omnia essonia cuiuscunque generis vel naturę fuerint & defendere summonitionem sic. **Sire defaute ne poye ieo fere. Car ie ne su pas somons selounley de terre. e ceo suy prest afere quant ke cest Court agard que fere deueroye.** Et tunc debent *summonitores*, si sint boni, esse præsentes ad testificandum summonitionem suam: Et nisi se representent ad te-

testificandam summonitionē, licet illam decenter fecerint non sunt *boni summonitores*. Et tunc adiudicabitur reus ad *legem* suam XII. manu quam facere potest secure, si non sit summonitus secundum legem terræ. Et hæc est cautela necessaria. Et si *summonitores* sint *boni*, adhuc dico potest reus esse ad *legem* contra eos, licet falso. Et summonitores non portant *recordū* in hoc causa ad destruendum *legem* Rei. Ista autem vltima lex potest vadiari ad saluandū *autumnalia* aut *Redditū assisum*. Et potest reus retrahere se de lege & esse in misericordia, & autumnalia lucrari. In omnibus autem curijs & singulis placitis potest fieri hęc cautela. Qui rite summonent & eandem summonitionem testantur, vocantur *boni summonitores* per legem terræ & non aliter. Licet vero præsentia tenentis ex consuetudine regni debet in curia domini Regis vsque ad *quartum diem* expectari, infra quam tenens non adiudicabitur pro defalta, caueat tamen tenens quod essonium suum *primo die* iaceatur, aut calumniari potest & in defaltam reduci. Attamen *secundo die* possunt aliquando essonia intrari in rotulo; quanquam ex gratia

Iu-

Iustitiariorum quandoque propter nimietatem essoniorum *primo die* non possunt intrari.

CAP. VI.

Modus *essoniandi* & reddendi essonia & *dies communes* in breui *de Recto.* Essoniatores. Atturnati.

MOdus essoniandi talis est. *Talis versus talem de placito terræ per talem.* & sic irrotulabitur. Modus reddendi essoniorum talis est. Dicat Prænotarius clamatori. *Exige essoniatorem Richardi le Iay.* respondeat essoniator. *Ecce Adsum.* Iterum Prænotarius *vbi est W. Husse*, ac si diceret *petens*, qui similiter dicat *ecce adsum. Tu essoniator Richardi affida habendi hic warrantum tuum a die sancti Michaelis in* xv. *dies, & tu Willielme serua eundem diem.* Affidatis in *manibus* vel super *virgam clamatoris* recedant vtrique si velint. Potest autem tenens essoniatus, ante redditionem essonij, apparere si voluerit, & respondere petenti si voluerit. Et si ipse tenens inuentus fuerit iuxta * plebiscitum, antequam reddatur

* lege *placitū*.

tur essonium ad calumniam petentis, coercetur respondere petenti, velit nolit, de de capitali placito. Et sic per propriam fatuitatem posset in prima tali appariti-one amittere dilationes statutas. Sunt etiam *dies communes* dati, ex consuetudine regni, in omnibus placitis secundum diuersitatem naturarum breuium. In hoc autem breui *de recto* generaliter dentur duo dies per annum tantum. Et ratio quare in isto breui assignatur pauciores dies per annum quam in alijs breuibus; quia de quovis potes dissilire ad istud, & non econverso. Istud n. stirps est alijs, ita quod quicquid per ipsum ritâ determinatione concluditur stat imperpetuũ. Et ideo per hanc moderatam dilationem parcitur tenenti. Curia namque domini Regis neminem vult decipere. De *diebus omnibus* in hoc breui sic distinguo. si breue primo venerit ad festum Sancti Michaelis de Octabis & Quindena Sancti Michaelis adiornetur à die Paschæ in xv. dies. De tertia septimana, in iii. septimanas Paschæ, De mense in mensem, & quinta septimana in quintam septimanam. De in Crastino Animarum in Crastinum Ascensionis domini. De crastino

Sancti Martini in crastinũ Sanctæ Trinitatis, de quindena Sancti Martini in quindenam Sanctæ Trinitatis, vltra quod quindenam Sancti Martini in hoc termino non recipietur breue. Et si breue venerit ad terminum Sancti Hillarij hoc ordine respondeat ei terminus Sancti Iohannis Baptistæ & econverso. Pascha n. Sanctus Michael, Iohannes & Hillarius in hac regula convertibiliter se habent in omnibus breuib' & placitis. *Essoniator* autem, absente vel præsente aduersario suo, tantũ potest facere quantum *Attornatus* omni die, nisi eo die quo oportuerit partes litigare. Litigare autem pro domino suo non potest *essoniator*. Sed si petens essoniatus fuerit vel compareat *essoniator* tenentis, benè potest capere diem versus eum adeò bene sicut dominus suus vel eius *attornatus*, vel si petens fecerit defaltam idem essoniator in redditione essonij potest calumniare defaltam, & sic per calumniam suam petens pdet breue suum, & *plegij* sui in misericordia, & tenens & *essoniatores* quieti sine die. Et si reus deficiat in redditione essonij petentis, reuera essoniator

 ille

ille potest sequi defaltam versus eum & habere breue de iudicio ad capiendam terram in manũ domini Regis per *magnum Cape* aut per *Paruum* de *habenda seisina* vel de *attachiando* seu *distringendo* secundum qualitatem & diuersitatem breuium & dierum, adeò bene sicut potest *dominus suus* vel eius *attornatus*. Aliter autem posset talis defalta transcurrere impunita frequenter ad damnum cuiuspiam & in illusionem regię dignitatis. Quando autem *essoniator* sequitur defaltam pro *domino suo* vel pro *suo atturnato*, certum nomen eius irrotulabitur in Rotulatione defaltę illius, propter * tenerem statum ipsius essoniatoris qui in hoc casu tam solemnis efficitur in potestate. Quando autem *atturnatus* sequitur defaltam pro domino suo, non sic fit; nisi dubitetur de fraude atturnati.

* ita codices queis vtimur.

CAP. VII.

De *Attornatis* faciendis.

POst igitur essonium redditum, potest reus apparere in Curia & facere *atturnatos*. Securum est n. ei facere *duos at-*

atturnatos pro periculo infirmitatis, seu mortis, vel etiam fraudis in quocunque statu esset lis illa. Ambo reus & petens possunt facere *atturnatos* & debent fieri per hæc verba. *Talis ponit loco suo* talem *versus* talem *de placito terræ*. Et si prius fecerit attornatos quos amouere voluerit, sic *Et amouet tales quos prius &c.* Possunt autem per breue domini Regis de Cancellaria tam pro reo quam pro petente admitti *Attornati*. Et si reus aut petens infirmentur in provincia, & non possunt venire ad curiam coram Iustitiarijs, nec ad Cancellariam domini Regis ad faciendos attornatos, cum oporteat de necessitate facientem attornatos personaliter in Curia præsentem esse, tunc ad procurationem volentis facere attornatos, mittat Cancellarius aliquem notum clericum de Cancellaria ad infirmum coram quo faciat *attornatos*. Et Cancellarius quando eos recepit, mandabit Iustitiarijs per *breue* domini Regis *de huiusmodi attornati receptione*. Et quando dominus Rex ex gratia sua dat alicui potestatem recipiendi huiusmodi attornatos tunc sic. *Rex dilecto & fideli suo* tali *salutem. Sciatis quod dedimus vobis potestatem*

tem recipiendi attornatos tales, quos loco suo atturnare voluerit, ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium per breue nostrum, inter præfatum talem *petentem &* talem *tenentem de* tanto *terræ cum pertinentijs in N. Et ideo vobis mandamus quod, cum Attornatos illos receperitis, de nominibus eorundem attornatorum constare faciatis remittentes nobis hoc breue &c.* Si autem petens siue reus languidus fuerit, potest habere breue domini Regis de attornato faciendo sic. *Rex vicecomiti salutem. Mitte quatuor legales milites de comitatu tuo vsque* N. *ad* F. *qui languidus est ad videndum quem Idem F. loco suo attornare voluerit ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est in comitatu tuo coram Iustitiarijs nostris Itinerantib' de* tanto *terræ cum pertinentijs in* N. *& dic quatuor militibus illis quod sint coram Iustitiarijs nostris* tali *die ad testificandum quem idem F. in præfata loquela loco suo attornare voluerit &c.* Iusticiarij similiter in provincia possunt recipere atturnatum & hoc significare socijs suis per breue suum, & stabit atturnatus. Reus autem in nullo placito quod determinari poterit per

legem,

legem, non potest facere atturnatũ propter imprisonamentum quod subsequitur. quia non debet quis imprisonari pro delicto alterius. Ex quo illud est personale delictum, nec per consequens facere debet pro eo *legem*, nec cum reus fecerit atturnatum, oportebit petentem se essoniare versus illum Atturnatum, immò versus principalem, Attornatus autem si fuerit essoniandus, semper nomine suo essoniatur & non in nomine principalis.

CAP. VIII.

Secundus dies placiti. *Defalta. Magnum Cape. Paruum cape.* Non Plenine. Legis vadiatio.

SEcundo die placiti potest reus facere defaltam si velit ex consuetudine regni, dum tamen essoniatus fuerit primo die ordine præmonstrato. Petens autem expectans quartum diem ipso die offerat se liti sic versus ipsum reum in hæc verba. Richardus le Jay se profre vers William Yuse de play de terre, e ils ent iour par son essoneur iekes ore, e ceo est huy le quart

iour, dont nous demandons iudgment de sa defaute. cuius præsentatio sic irrotulabitur. Richardus le Iay *op. se iiij die versus* Willielmum Husse *per atturnatum suum de placito terræ cum pertinentijs in H. quam clamat ius suum versus eum, & ipse non venit & habuit diem per essonium suum hic ad hunc diem.* Iudicium. *prædicta terra capiatur in manum domini regis, & diem captionis scire faciat Iustitiarijs nostris per literas suas sigillatas vicecomes, &c. Et ipse summoneatur quod sit hic* tali *die coram Iustitiarijs nostris.* Et tunc exibit illud breue quod vocatur magnum cape. [*Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram per visum legalium hominum de comitatu tuo vnam Carucatam terræ cum pertinentijs in H. quam* Richard[9] le Iay, *in curia nostra coram Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium clamat vt ius suum versus* Willielmum Husse, *pro defectu ipsius W. & diem captionis scire facias Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium* tali *die* * *& habeas ibi nomina eorum per quorum visum hoc feceris &c.* Quotquot fuerint deforciatores in breui nominati, toties repetatur *le Cape* singillatim super vnumquenque deforciatorem. & tunc

* Inseras oportet hic, *inde responsurus & ostensurus quare non seruauerit d. ē sibi dauum per essoniatores suos &c.* nec tamen in Codd. mss. queis vtimur alitèr legitur hoc breue quã in contextu descripsimus. quæ sequuntur atis docent ta locũ hunc ſſe supplendũ siue *Hengham* verba sint siue nsitia.

leg. irro-

irrotulabitur proffrum suum sic. *& versus Willielmum de tanto terræ &c.* Et sic de singulis. Duo verba in hoc *cape* notabilia sint, *responsurus* & *ostensurus*. *Responsurus* refert ad capitale placitum, *Ostensurus* ad defaltam sanandam. cui? scilicet domino Regi. Quia ex hoc defalta si terra debite replegiatur, nemo lucratur nisi dominus Rex. Et ideo sic dicitur *quare non seruauerit &c.* Si autem reus primo die fecerit defaltam, tunc in hoc breui de capiendo terram in manum domini Regis * omittatur hoc verbum *Ostensurus* quia illo die nullo modo comparauit nec per consequens habuit alium diem sed *ostensurus quare non fuit coram Iustitiarijs nostris sicut summonitus fuit.* Istud *cape* vocatur *magnum cape* ad differentiam alterius breuis de iudicio de placito terræ quod incipit per *Cape*, non ꝑ eo quod scilicet maior est in subsequentia vel effectu, sed quod plures articuli continentur in eo quam in subsequenti breui quod dicitur *paruum Cape.* verbi Gratia.] In simplici defalta ab initio post suummonitionem & essonium adiornatum si quis reus defecerit, vt prædictum est, capietur terra in manum D. Regis per *mag-*

* Legerem [*omittantur hæc verba ostensurus quare non seruauerit diem sibi datum per essoniatores suos &c. quia illo die*] & quæ sequuntur. Verum quæ signis [ ] hisce includuntur non satis integra sunt, nec in omnibus codicibus *Radulphii* agnoscunt autorem. Sed relegatur lector siue ab autore ipso siue ab exscriptoribus nonnullis. ad summam quæ dicitur *Fait assauoir*, omissis annuò breui de *Magno cape* & quę sunt id genus cætera vti diximus, hic signata.

magnum cape. Sed reo deficiente postquam comparauerit in Curia, capietur terra in manum domini Regis per *paruum cape* pro defectu rei qui summonebatur ad audiendum iudicium suum & ex hoc petens consequetur seisinam de terra petita. Caueat rursus sibi reus deficiens quod infra xv. dies terram suam captam in manum domini Regis *replegiet*, quod si non fecerit, ad calumniam petenti proximo die placiti amittet seisinam terræ, sicut per defaltam post defaltam. & per *magnum cape* returnatum fiet huiusmodi probatio scilicet fiat collatio de die captionis indorsato a retro breuis illius returnati a vicecomite, & de replegiatione. Si districto compoto comperiatur terram non esse replegiatam infra xv. dies post captionem, amittet seisinam per defaltam. Et de hoc seruit hoc verbũ *Et diem captionis &c.* Et ista defalta vocatur gallicè **Non pleuine**, & ęquipollet naturaliter *defaltæ post defaltam.* In quib' vtrisque defaltis, & defalta post primam summonitionem, defalta post visum, defalta post vadiationẽ duelli, defalta post positionem in magnam assisam, defalta post warrantum vocatum, & defalta si

non

non miserit certũ responsalem post consummationem languoris, semper reus amittet seisinam. Terra siquidem capta in manum domini Regis ꝑ visum, non potest replegiari nisi coram Iustitiarijs vel in Cancellaria & hoc mandabit domin⁹ Rex Iustitiarijs ꝑ breue suum. tamen vbicunq; inventus fuerit aliquis de tali officio priuilegiatus, siue fuerit hic coram quo dependeat placitũ siue alius coram quo terra sic capta replegiabitur, ille mandabit socijs suis diem *replegiationis*. Sed non oportet eum in propria persona terram suam *replegiare*. Quilibet n. extraneus pro noto, & econtra terram alterius potest *replegiare*. Sciendum est autem quod *vicecomes* nequitiam in officio sibi commissam potest facere multipliciter. verbi gratia si reo non sũmonito testetur & indorset *vicecomes* in breui remisso ipsum esse summonitũ, vnde *magnũ cape* exiuit. & si iterum in *magno cape* testetur captionẽ terrę quę non capiebatur, & diẽ captionis ꝑtextu cuiusdam fraudis, vnde dicta terra non fuit replegiata, eo qd re⁹ inde nihil sciuit, & petens ꝑcise se capit ad defaltam *nonpleuinæ*. Et quid si testetur vltimam summonitionẽ quę est in *le cape*,

reo non ſummonito, & petens per defaltam recuperet ſeiſinam, cum de iure nullā potuit facere defaltam ex quo ſummonitus non fuit? ſciendum eſt quod pòſt defaltam irritare poteſt per dedicere primam ſummonitionem per *legem* ſe XII. manu. Captio tamen, vt ſanetur defalta *non pleuinæ*, per *legem* dedici non poteſt. Nam ſi reus vellet dedicere captionem oportet prius euincere fraudem captorum dictæ terrę per viſores dictæ captionis. & hoc ad impediendā vltimā ſummonitionem contentā in *le cape* ꝑ qd reus recuperauit ſeiſinā dictæ terræ petitæ, non poteſt dedici *per legem*. Quia teſtificatum fuit die quo petens recuperauit ſeiſinam terræ petitæ cum reus non fuerit ibidem, & licet affuiſſet non expediret ei dedicere ſummonitionem, cum non poſſet reſpondere de capitali placito nec poſſet vadiare *legem* de non ſummonitione contra ſummonitores qui tunc non fuerunt ibi & ſic recuperata ſeiſina petentis re⁹ non haberet partem adverſam cui reſpondere deberet nec diem placiti vnde poſſet aliquid dicere vel *legem vadiare*. Hic nullum habetur remedium niſi dare domino Regi de ſuo pro ſic,

quod

quod faceret venire ſummonitores ad attingendum huiuſmodi falſitatem, & ita poſſet recuperare dictam terram ſuam. Et licet ſummonitores teſtantur aduerſus ipſum reum, ſecundum *Henricum de Bathoria*, reus poteſt tunc dedicere *per legem* ſe XII. manu contra ſummonitores de non ſummonitione quam teſtantur ſe feciſſe & eorum teſtimonium infirmare, & licet reus perdat per defaltam *non pleuine* vel per defaltam poſt defaltam, habet tamen recuperare pro hoc per breue *de recto*. Eſſonia ſiquidem de *vltra mare* de *ſeruitio domini Regis* & *malo veniendi*, ſi terra capiatur in manum domini Regis* quod debita hora replegietur, poſſunt infirmari, per dedicere primam ſummonitionem, & ſic de novo reincipiendum eſt. Et ſi terra capiatur in manum domini Regis & debitè replegiatur, tunc poteſt in apparentia rei petens eſſoniari.

CAP. IX.

Placiti *Tertius* dies. *Eſſonij* calumniatio. **Fourcher. Pleuine. Recouery ſur default.** Breue de *Scias*. *Paruum* & *magnum cape*. *Eſſoniorum* formulæ. De

malo lecti. Languor. *quatuor milites* missi ad infirmum. **Defalt puis essoin de mal de lit, & auters defaults.** Visores. **View de terre.**

TErtio die apparente petente, si reus essonietur proculdubio essonium illud disallocabile est. quia non potest reus essonium gaudere, donec prima sanetur defalta postquam terra sua capta fuit. Et si sit essoniatus perdit seisinam terræ vt per defaltam post defaltam. Facto autem atturnato rei sequenti die placiti, ambo atturnatus petentis & reus *essoniabuntur*, atturnatus autem rei requaquam. Si reus essonietur & atturnatus suus non vel tunc petens ad alium diem potest calumniare essonium illius rei, vel non. Certè secundum *Henricum de Bathonia*, non. Hora enim hoc faciendi iam pręterijt. Petens autem seu attornatus suus vel eius essoniator in redditione essonij illius potuit hoc fecisse & allocaretur de iure. Hic autem probatur de iure quod quandoque aufertur quod differtur. licet tamen generalitèr dicatur, quod differtur non aufertur. Calumnia enim essonij proiecti die pambulo hodie * devoluta

al. locũ non
enet in ore
et.

voluta in os petentis, quia expedit debitum tempus calumniandi, hodie locum non tenet. Hic autem disputari potest quod *essoniator* in casu plus facere potest quam *atturnatus*. Si autem *vir* & *mulier* inveniatur in vno breui, quemadmodum si terra petita fuerit hæreditas ipsius mulieris vel data cum ea in liberum maritagium, seu est questus illorum viri & mulieris coniunctim, alter eorum primo die potest essoniari, & alter deficere. Congruit tamen viro primò essoniari in hoc casu. Quid erit tunc de defalta mulieris? Terra capietur in manum domini regis aut deerit ordo iuris. Et quid si replegietur hora debita? Et hoc comperiatur per indorsamentum breuis vicecomitis? Die dato essonio ipsius viri amitteturne terra petita per defaltam ipsius mulieris? Cum habeat virum sine quo de iure coniunctim non debet respondere, Certè licet vir pręcellat mulierem generaliter, & in ore suo stet verbum mulieris, si terra petita fuerit de hæreditate ipsius mulieris, videatur quod debeat amitti. Sed si fuerit talis terræ questus viri & mulieris coniunctim, vel si donetur cum ea in liberum

maritagium, vbi vir tantum habeat in terra illa quantum mulier aut plus, non amittatur tunc per defaltam illam. Non enim convenit qd quis pro alterius contumacia puniatur. Quid erit tunc de defalta ipsius mulieris? Resummoneatur vna cum viro suo quod tunc sit ad alium diem. quia hic ordo de viro primitus essoniato * in mulierem primitus essoniatam converti non potest. Caveant vir & mulier coniunctim implacitati quod semper in essonio alterius alter compareat quamdiu *furcare* possint, &, cum vltra non possint, concurrant eorum essonia in suis locis. Alter autem illorum tantum vnum essonium *de malo lecti* habere potest. Hęc autem omnia dico de pluribus *participibus* vbi terra impertita est seu tenementum. videlicet de *furcatione* essonij & de defaltis inde prouenientibus; numerantur in parte in * statutis domini *Henrici* Regis. Si autem plures participes fuerint in breui, currat ordo communis. * Et cum iste erant dilationes tempore quo ista summa erat composita vbi plures erant participes tenentes per quos iusta petitio vltra quam debuit prorogabatur, illustris rex *Edwardus* filius R. *Henrici*

* Locus plerisq; exempll. corruptus.

* *Marlbrige* cap. 14.

* Desunt quæ his signis * * hinc distincta sunt, plerisque exempll.

rici in primo parlamento suo decreuit in premissis sicut plenius patebit in * sexagesimo articulo constitutionum illarum. Essonium autem de *vltra mare* si ritè iaceatur semper exposcit inducias XL. dierum ad minus. Et semper debet precedere essonium de malo veniendi & non econtra. Tertio die placiti post captionem terræ per defaltam quam tenens fecit die precurso, aut tunc ipse tenens defuit aut apparet. Siue autem appareat siue non ad profrum petentis inspiciat prænotarius indorsamentum vicecomitis a retro breuis per quod terra capiebatur. Et si reperiatur non esse replegiatam infra xv. dies post captionem tunc petens offerat se liti sic **Richard le Iay se pfre vers** William Huse **de play de terre. A tiel iour fu la terre pise in la main le rey par sa defaut de non pleuine de tout outre.** Ita offerre se debet, si tenens fuerit præsens; & si se teneat ad defaltam, quod securè facere potest, hoc modo irrotulabitur pfrum suum. *Richardus le Iay* **aut** *per se*, aut *per attornatum optulit se iiij. die versus* Willielm. Huse *de placito vnius carucatæ terræ cum pertinentijs in* H. *quam clamat vt ius suum versus eum. & ipse non*

* *West. 1. cap. 43*

venit & alias fecit defaltam ita quod præceptum fuit vicecomiti quod caperet prædictam terram in manum domini Regis & quod diem &c. & ipse suum &c. quod esset hic ad hunc diem. Et vicecomes mandauit diem captionis & quod summonitus fuit &c. & ideo consideratum est quod prædictus Richardus *recuperet seisinam suam versus eum per defaltam &* W. *in misericordia.* Et si tenens fuerit præsens tale erit breue petentis de Iudicio quod vocatur *Scias.* Rex *vicecomiti salutem. scias quod* Richardus le Iay *in Curia nostra coram Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium recuperauit seisinam suã versus* Willielmum Huse *de vna carucata terræ cum pertinentijs in* H. *pro defectu ipsius* Willielmi. *Et ideo tibi præcipimus quod prædicto* Richardo *de prædicta carucata terræ cum pertinentijs plenariam seisinam habere facias sicut prædictum est &c.* Et si tenens defecerit post apparitionem, tunc exibit *paruum cape* sic. *Rex vicecomiti salutem Cape in manum nostram vnam carucatam terræ cum pertinentijs suis in N. quam* Richard' le Iay *in Curia nostra coram Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium clamat vt ius suum versus* Willielmum

Huse

Huse *pro defectu ipsius* Willielmi, *Et summoneas per bonos summonitores prædictum* Willielmum *quod sit coram Iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die ad audiendum Iudicium suum.* Et habeas &c. Tunc autem ad proximum diem reo præsente petens habebit dictum breue *Scias* per quod adiudicetur ei seisina. Et quid si vicecomes ad alium diem per *magnum cape* non ceperit terram in manum domini Regis vt præceptum fuit ei, nec miserit breue ad bancum? Erit ne ipse tenens inde perdens, aut derogabitur ne in aliquo ipsi petenti? Respondeo. Tenens ob hoc non est puniendus. Nam licet contumax extiterit vicecomes, negligentia vicecomitis non debet ei impingi. Petens autem amittet vnum diem. Et cadet hæc negligentia vicecomitis in detrimentum vicecomitis sic. *Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut alias tibi præcipimus quod capias per visum &c.* vt supra in *magno Cape* & in fine sic. *Et tu ipse tunc sis ibi ad audiendum iudicium tuum de hoc quod prædictam terram in manum nostram non cæpisti nec prædictum* Willielmum

sum-

summonuisti quod esset coram Iustitiarijs &c. nec breue nostrum quod inde tibi venit, præfatis iustitiarijs nostris ad præfatum diem non misisti, sicut tibi præceptum fuit. Et habeas &c. Terra autem post primam vel iteratam captionem, vt moris est, replegiata, tenens potest securè essoniari de *malo lecti* quod quidem essonium sic irrotulabitur. *Richardus le Iay versus* Willielmum Huse *de malo lecti de placito terræ per talem & talem*, et sic reddi debet. *exige essoniatorem* Richardi le Iay. *vbi est* Willielmus Huse &c. *vos essoniatores* Richardi le Iay *quia non constat vtrum dominus vester velit se capere ad languorem necne vobis non datur certus dies. Sed tu* Willielme *sequere breue ad vicecomitē ad faciendum venire infirmum.* Rex *vicecomiti salutem. Mitte quatuor legales milites de comitatu tuo vsque N. ad F. ad videndum vtrum infirmitas qua* Willielmus Huse *in Curia nostra coram Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium se essoniauit de malo lecti versus* Richardum le Iay *de placito terræ in Comitatu* Sussex, *sit languor necne. Et si sit languor tunc ponant ei diem a die visus sui in vnum annum & vnum*

num diem apud Turrim London *quod tunc sit ibi responsurus vel sufficientem pro se mittat responsalem & si non sit languor tunc ponant ei diem coram Iustitiarijs nostris a die visus sui in* XV. *dies quod tunc sit ibi responsurus vel sufficientem pro se mittat responsalem. Et dic quatuor militibus illis quod tunc sint coram præfatis Iustitiarijs nostris ad præfatum diem ad testificandum visum illū & quem diem ei posuerint. Et habeas ibi nomina militum & hoc breue teste tali Iustitiario &c.* Ex quo autē placitum capitale est coram Iustitiarijs de Banco quare debent visores ponere languido diem apud Turrim London cum non sedeant ibi Iustitiarij? Solutio. In hoc breui *mitte quatuor legales milites* sic dicitur *si sit languor tunc ponant ei diem a die visus sui in vnum annum & vnum diem*, & quia milites illi non habent certum diem videre infirmum, per consequens non potest constare quem diem prefigent languido. Ergo cum constare non potest adhuc de certo die ponendo à visoribus quia accidentaliter posset istud essonium iaci in fine vel quasi in fine alicuius termini, sicut frequenter, & forte infirmus deberet videri tali hora

quod

quod oporteret ei præfigere diem tempore vacationis; Et in vacationibus nullus in Banco residet priuilegiatus quod possit vel debeat admittere responsalem languidi cum surrexerit; Ideo ad *Turrim London* vt dictum est adiornetur languidus respondere coram *Constabulario Turris London* qui ibi residet per totum annum qui ipsum languidum adiornabit quod respondeat coram Iustitiarijs de Banco proximo die placiti. Et idem *Constabularius* testificari debet coram Iustitiarijs in Banco præsente languido, vel responsali suo. Et quid si languidus ille, die a visoribus præfixo ad Turrim non venerit nec responsalem miserit? Hoc reuera testificato coram Iustitiarijs in Banco ab ipso Constabulario, ad profrum petentis reus ex rigore iuris amittet seisinam hoc modo. Richard le Jay se pkkre vers William Huse de play de terre. William se fist essonier de mal de lyt a ceu iour per cely e cely. Richard suist vn brief an viscont a fere le veu de IV. cheualers de counte les queux le virent e iour assisserent y languor quil prist a la Tour de Londres soloun le vsage d' Engleterre. & il ne vent pas e ceo est

bien tesmoigne par le Constable de la tour que en ceo case port record & tesmoignage, d' ont nous demandons Iudgment de se defaute tout outre. Et tunc petens habebit *paruum cape*, ad capiendam terram in manum domini Regis & ad summonendum reum ad audiendum iudicium suum. Et sic recuperabit petens in hoc casu. Et licet reus comparuerit in Curia vel in Banco in hac calumnia actoris, & non seruauerit diem ad Turrim tunc ad consimile proffrum petens ipse recuperabit seisinam per breue *scias* propter præsentiam rei qui in absentia sua iudicari non debet. Quia cum reus ita defecerit quod debeat seisinam amittere si præsens fuerit exibit *scias*, si absens, *paruum Cape*. Istud autem essonium de malo lecti non iacet nisi in hoc breui patenti vel clauso scilicet *præcipe in capite*. Tamen secundum *Heuricum de Bathonia* iacet in breui de *consuetudinibus & seruicijs* & post vadiationem duelli vel positionem in magnam assisam & non ante. Si *sororestres* vel *quatuor* vel plures vel pauciores reæ efficiantur coniunctim, Hæ omnes gaudere possunt hoc essonio

tamen

tamen vna tantũ pro singulis capiat languorem. Ex quo tunc generaliter oportet quod *duo essoniatores* iaceant hoc essonium pro vnico reo, & istæ quatuor sorores videtur esse quasi quatuor reæ, quęro si sigillatim per duos essoniatores debent hoc essonium iactari pro illis? Solutio. Ius permittet vnam pro se & reliquis sororibus languere ad cuius languorem cessabit placitum versus sorores complices vsque ad diem a visoribus p̃fixum. Ergo cum per languorem vnius, reliquæ in hoc casu excusari possunt, Quę nam illarum debet capere languorem? Et primitus equidem visa à militib⁹ languebit. Et quid si disgregentur? id est si inventæ non fuerint in vna villa, & prima secunda & tertia velint surgere, tunc quarta vltimò visa a militibus capiet languorem. Dico autem per languorem vltimò visæ cessabit placitum ac si omnes concordarent. In fine autem languoris, an ista languida si appareat die à visorib⁹ præfixo, debeat ne pro se & alijs respondere? vel responsalem mittere, ita quod in ore aliarum sororum responsio non iacet? in hoc casu, si pręsens fuerit languida, dico quod oportet illas comparere. Et quic-

quicquid respondebit illa quę languebat tenebitur pro constanti. Et si miserit responsalem, aliæ sorores benè possunt absentare. Esto tunc quod per collusionem inter petentem & languidam vel responsalem eius habitam, recognoscatur ius petentis in respondendo ad exhęredacionem trium sororum huiusmodi per cui' recognitionem petens recuperet seisinã. hic nisi per remedium Curiæ attingatur illa collusio & Curiæ deceptio, ad restitutionem trium sororum huiusmodi nullum habetur recuperare nisi per breue *de recto.* Quicquid autem dico de *sororibus* iunctis in vno breui, dico de *viro & muliere* coniunctis & de *participibus* vbi terra impertita est. Die autem præfixo tenenti à visoribus, debent visores apparere in Curia ad testificandum visum suum, quia ex eorum testimonio procedendum est. Videlicet si testentur se vidisse infirmum tali die, & p districtum compotum liqueat tunc infirmum illum misisse responsalem suum die ab eis visoribus præfixo, de quibus visu & responsali ita in Curia computandum est vt supra in capitulo de Ordine placitandi in Curia Baronis, penitus liquet quod admittend'

est

est responsalir eiusdem. Et si non venerit tenens nec responsalem miserit, & hoc testificato à visoribus & comperto per certum compotum quod non seruauit diem ab eisdem præfixum vt suprascribitur, offerat se petens & obtinebit seisinam per *paruum Cape* vel per *scias*. Et ad proffrum petentis calumniantis defaltam rei, sic intrabitur defalta illa. *Richardus le Iay petit versus* Willielmum Huse *vnam carucatam terræ cum pertinentijs in H. vt ius suum &c. & alias se essoniauit de malo venicndi scilicet tunc, & habuit diem per essonium suum in Octabis &c. ad quem diem W. essoniauit se de malo lecti, ita quod præceptum fuit vicecomiti quod mitteret quatuor legales milites apud &c. ad videndum vtrum infirmitas &c. esset languor vel non. Et si esset languor tunc ponerent ei diem a die visus sui in vnum annum & vnum diem apud* Turrim London *apud tunc esset ibi vel per se vel per sufficientem responsalem &c. Et si non esset languor, tunc ponerent ei diem hic &c. vel sufficientem &c. Et Willielmus non venit nec responsalem misit. Ideò consideratum est qd prædictus* Ricard' *recuperet seisinam suam versus eum per defaltam ipsius W. & ipse in misericordia, &*

prædictus Richardus *sequatur breue suum ad vicecomitem*. Et quid si Willielmus non compareret p se vel per attornatum suum secundo saltem die sibi dato per essoniatores suos? tunc post essonium de *malo lecti* procul dubio petens securè & pręcise se capiet ad defaltam illam sic dicens. *Willielmus fecit defaltam primò die placiti eo quod solemniter vocatus non comparuit, vnde idem petens petit iudicium de defalta rei præcise.* Reus tamen replicando requirere debet a petente vtrum velit se tenere pręcise ad defaltam illam vel ad capitale placitum. Oportet quod si se teneat ad defaltam illam quod de toto renunciet capitali placito et ecōverso. Nam inconsuetum est quod quis in Curia domini Regis duplici remedio siue baculo in vno casu simul & semel gaudeat siue pugnet. Si autem petens requisitus se teneat ad defaltam illam præcise, reus potest sic dicere, qd nullam fecit defaltam, quod venit ad Bancum primo die placiti, & obtulit se versus prædictum petentem de placito prædicto & ibi morabatur quousque publicò proclamatum fuit per *seruientem de Banco* quod *omnes offerentes se ibidem ad placitandum de quibus-*

cunque placitis, exceptis placitis vnde magna assisa arrainiata fuit, vel duellum vadiatum, sine occasione recederent in crastinum. Et dicit quod si solemniter vocatus fuerit per *seruientē de Banco* hoc fuit postquam clamatum fuit sicut prædictum est. Ista siquidem allegatio super hac defalta penitus dependet a Recordo Iustitiariorū. Et si Iustitiarij recordarentur ipsum seruientem ita vt dictum est publicè clamasse proffrum in Banco, *Reus eat inde sine die & petens amittet clamium illa vice & tenens in misericordia.* quia præcisè se tenuit ad defaltam. Et si Iustitiarij recordarentur qd non fuit publicè clamatum proffrum in Banco sicut prædictum est, & quod omnibus horis primi diei placiti vlque ad horam nonam prędictus reus solemniter vocatus non comparuit nec sufficientem pro se misit responsalem, *consideratum est quod prædictus petens recuperet seisinam versus eum per defaltam, & tenens in misericordia.* Sequatur autem petens breue suum. Caueat autem calumniator huius defaltæ quod sit certus de recordo Iustitiariorum in hoc casu. In defalta quoque post essonium de *malo lecti*, post *visum* terræ factum, post positionem

nem in *magnam assisam* & post vadiationem *duelli*, reus amittet seisinam per absentiam primi diei. Si visores illi non venerint ad testificandũ visum suum, quid erit? semper distringantur donec venerint. Primò per vadios & saluos plegios sic. *Rex vicecomiti salutem. Pone per vadios, & saluos plegios* A. B. C. D. *visores infirmitatis talis quod sint coram Iustitiariis nostris, &c. ad testificandum &c.* Quare autem debent primò attachiari cum non summoneantur vt videtur? quia in hoc breui *Mitte quatuor legales milites &c.* continetur versus finem istud verbum qd valet summoneas; *Et dic quatuor militibus illis qui visui illi interfuerint quod sint &c.* Et sic licet pateat quod non summoneantur, sunt quasi summoniti. Et ideo primò attachiantur p plegios ratione illi' verbi in breui contenti scilicet *& dic.* Secundo si Non venerint ad prosecutionem petentis, sic. *Rex vicecomiti, salutem. Pone per vadios & meliores plegios A. B. C. D. &c.* Et tunc sunt primi plegij in misericordia. Tertio per corpora eorum; Et tunc sunt tam primi plegij quam secundi in misericordia. Quartò per terras & catalla, ita quod vicecomes habeat

corpora & quod manum non apponant, & quod vicecomes respondeat de exitibus, & interim taceat tenens. Si autem tenens ad diem sibi datum a visoribus non venerit personaliter sed responsalem pro se miserit, admittendus est & eius responsalis audiendus quicunque fuerit responsalis ille, dummodò ætatem habuerit. veruntamen si determinatiuè respondeat, vtpote si debeat iudicium fieri & loquela terminari, vt de duello vadiato vel de magna assisa summonita, vel aliquo alio modo vnde loquela debeat terminari; Tunc debet iudicium illud poni in respectu quousq; per milites de nouo missos per breue domini Regis ad tenentem sciatur ab eo si aduocauerit responsalem suum prædictum an non. Quod si non fecerit reuertantur illi quatuor milites & id testentur coram Iustitiarijs de Banco & tunc procedendum est eodem modo ac si reus personaliter comparuisset & respondisset. Et si negauerit responsalem & eius responsum dedixerit, tunc erit manifesta defalta rei, sicut sæpe contingit, & debet ad calumniam petentis iudicari & inde petens breue *Scias* habebit. Ista siquidem defalta, sicut omnes aliæ,

per

*per essonium de seruitio domini Regis, habito inde speciali warranto, saluari potest. Dato siquidem quod reus omisso hoc essonio de *malo lecti*, in adoptione sua erit quod appareat hodie & petat visum terræ sic. Richard le Jay se proffre per son attorne vers William Huse, de play de terre. Dicat *Willielmus* vel eius ⋆ atturnatus veies ci William encontre Richard. Ceo vous monstre Richard que ci est ꝛc. Et *Willielmus* respondet ita. Mort e force defend William que ci est e demande le oyer de breif. Lecto autem & audito breui sic. Nous emperlerons a vos congies. In regressu autem eiusdem rei sic. Mort e force defend William a son issir e si fet il vncore a son entrer ꝛc.

*locus in plerisque exx. deprauatus.

⋆ *al.* narrator, vt in nonnulli

CAP. X.

De *Exceptionibus. Visu* petendo.

MOdò videndum est de naturis *exceptionum*. Sunt quędam *dilatoriæ* & quędam *peremptoriæ*. Exceptio dilatoria cassat breue, & non perimit ius. Peremptoria perimit ius & cassat breue. Ha-

rum quoque exceptionum quędam sufficiunt ante *visum* terræ ad cassandum breue, quædam post *visum* nihil operantur. quia nulla dilatoria locum habet post *visum* [* nisi exceptio *nontenuræ* quæ ꝓponi debet post visum.] Nescit enim reus petitionem petentis prius, & facto visu affirmatur breue, ita quod per dilatoriam cassari non potest, nisi tantum per *nontenuram*. Ideo omissis hic peremptorijs antequam petamus visum, proponamus dilatorias quę tales sunt. *Vitium scripturæ, Rasuræ literæ in hoc breui patenti*, Error *nominis pro nomine, Agnominis pro agnomine, vnius villæ pro alia*, & quando breue impetratur *extra naturam sui ipsius*, & consimiles cassant breue ante visum. Excussis autem istis exceptionibus, aut tenent locum aut non. Si tenent tunc ad præsens consumitur breue. nec oportet tunc plus facere, si non teneant locum, nisi petere visum. De *visu petendo* loquimur sic. Tort e force defend Wi. que ry est e demand dew de la terre ore apmeismes. Concedetur, & irrotulabitur sic. *Richardus le Iay petit versus* Will. Huse *vnam carucatam terræ cum pertinentijs in H. vt ius suum, & Willelmus venit & petit inde*

De sunt in nonnullis.

inde visum & habeat; dies datus est ei & fiat visus per hoc breue. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione habere facias Willielmo Huse *visum de vna carucata terræ cum pertinentijs in H. quam* Richardus le Iay *in curia nostra coram Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium clamat vt ius suum versus eum. & dicas quatuor militibus illis qui visui illi interfuerunt quod sint coram præfatis Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium tali die, ad testificandum visum illum, & habeas ibi nomina militum &c.* Opus est amodò exprimere in quibus casibus potest denegari *visus* terræ & in quibus non. Videlicet quantũ ad hoc breue & consimilia. Constat quod in hoc breue et in alijs breuibus per quæ potest deueniri ad *duellum* vel ad *magnam assisam*, visus generaliter iacet, si petatur ante duelli vadiationem, vel positionem in magnam assisam, tamen si plures fuerint tenentes successiuè, per vocationem ad warrantiam, nullus habebit visum nisi primus tenens. & quomodo potest tam primus tenens quam successiuus vocati visum amittere? sic. A. petit versus B. vnam carucatam terræ cum pertinentijs &c. vt ius suum, & B. venit &

vocat inde ad warrantiam C. qui summonitus venit, & antequam warrantizat vel post petit visum. Non iacet reuerà. Quia cum inculpauerit C. sic A tort ly defoyce par sa garantie &c. Iuris ordo vult quod respondeat ad cartam suam vel ad cartam antecessorum suorum, si in carta illa specificatur terræ illa petita. Et licet vocator non habuerit cartam, vocatus debet bene scire de qua terra cepit homagium & seruitium vocantis. vnde cum warrantizauerit, petens petit eandem terram quam warrantizauit, & ideo non iacet visus. Et illud idem dicendum est de decem tenentibus si de warranto in warrantum fierent tenentes. *Campiones* tamen si ad duellum vel ad magnam assisam puenerint habeant visum post duelli vadiationem vel positionem in magnam assisam. Et dicetur eis qd infra diem sibi dictam, terram illam videant & hoc pro sacramento suo quod facient secundum quod perpendi potest in forma sacramenti eorundem. Et possunt quidam casus accidere de campionibus in quibus denegabitur eis visus terræ. De visu quidem habendo in placitis *intrusionis*, *dotis*, & huiusmodi, suis locis tractabitur inferiùs.

Gene-

Generaliter autem intellige quod vbi tenens potest vocare ad warrantiam, potest habere visum, nisi fuerint in casibus quibusdam specialiter exceptis vt si mulier petat *dotem* petens non habeat visum de tenementis vnde vir obijt seisitus, tamen potest vocare ad warrantiam & in breuibus *de ingressu* vbi fit mentio de gradibus ibi conceditur visus. * veruntamen non potest ibi vocare ad warrantiam extra lineam sed tantum respondere ad ingressum. & potest aliquando haberi visus vbi non potest vocari ad warrantiam vt in breui *quod permittat*. Periculum est autem ante visum vocare ad warrantiam, verbi gratia. Quidam petijt versus quendam vnam carucatam terræ cum pertinentijs in H. & tenens ille habuit duas carucatas in eadem villa, petens verò non habuit ius nec ad vnam nec ad aliam. Ipse tenens cum non potuit esse certus quid ab eo peteretur, antequam visus inde sibi fieret, venit antequam visum petijt & vocat inde ad warrantiam C. qui summonit° fuit, venit et petijt sibi ostendi ꝑ qd debeat ei warrantizare qui ꝓtulit quandã cartam ꝑ quam antecessores ipsius C. & heredes sui debeant warrantizare vnam caruca-

* variatim se habent hic codd. mss.

carucatam terræ in eadem villa & petens dicit quod non petit dictam carucatam terræ sed aliam, & tenens cum hoc vidit voluit respondisse de capitali placito & petens petit iudicium si, post warrantum vocatum, possit tenens respondere de capitali placito, & *consideratum fuit quod non, Sed quod ille quietus de warrantia, & quod petens recuperet seisinam suam versus tenentem tanquam indefensum & tenens in misericordia.* coram *Henrico de Bathonia.*

CAP. XI.

Quartus dies placiti. Essonium de *seruicio domini Regis.*

QVarto die, remisso per vicecomitem breui, per quod visus terræ factus fuit, actore se liti offerente, prænotarius inspiciat indorsamentum breuis vicecomitis, & si reperiatur p nomina militum qui visui interfuerunt quod visus terrę factus fuit, tunc ad proffrum petentis clamabitur reus qui die illo iustè si velit essoniari potest de *malo veniendi*, qd quidem essonium iaci & reddi debet quemadmodum superiùs est expressum.

Et

Et quid si habita collusione inter tenentem & vicecomitem visus terræ factus non fuerit nec breue remissum? proculdubiò ita procedendum est erga *vicecomitem* in hoc casu vt superius distinguitur, quando vicecomes p̃ collusionem omittit exequi *magnum cape*, nec ibi nec hic propter negligentiam vicecomitis reus debet puniri, nec petens promoueri. Esto autem quod reus nullo modo venerit ad hunc diem. quid iuris? petens offerat se liti. Richard le Iay se proffre vers William Huse de play de terre. William auoit view de terre a teu iour, e la view est testmoniage per les quatre chiualers queux a la view fuerent e il ne vient pas, d'ont nos demandomous iudgment de sa default. Quæ defalta sic intrabitur. *Richardus le Iay obtulit se quarto die versꝰ* Willielm. Huse, *de placito vnius carucatæ terræ cum pertinentijs in H. quã clamat vt ius suum versus eum &* Willielmus *petit visum terræ à die &c. & habuit diem hic post visum terræ factum ad hunc diem & per quatuor milites qui visui illi interfuerunt, testificatur hic nunc. & prædictus* Willielmus *non venit, & ideo consideratum est quod prædicta terra capiatur in*

manum domini Regis & ipse summoneatur quod sit hic tali die *ad audiendum iudicium suum.* & tunc exibit *paruum cape* quod supra scribitur. Et sciendum quod isto die & alijs diebus præteritis & futuris, absentia rei saluari potest vt ꝑdictum est, dum tamen reus ille excusetur ꝑ essonium de *seruitio domini Regis*, & inde pretendat tale breue. *Rex Iustitiarijs suis de Banco, salutem. Sciatis quod* Willielmus de H. *fuit coram nobis tali die apud N. per præceptum nostrum ita quod eo die interesse non potuit loquelæ quæ est corã vobis per breue nostrum de recto inter R. petentem & ipsum* Willielmum *tenentem de vna carucata terræ cum pertinentijs in H. & ideo vobis mandamus quod prædictus* Willielmus *propter absentiam suam illius diei non ponatur in defaltam, nec in aliquo sit perdens, quia diem illum quoad hoc ei warrantizamus &c.* Dato siquidem quod reus sequendo huiusmodi prædictum breue defecerit die ei dato de breui illo post visum terrę factũ, gratia dilationis faciendę, quid hoc proficeret ei? Ex quo autem vt de plano constat, possit ꝓrogari huiusmodi loquela de vno termino in aliam & in casu lucrari *autumnalia* aut *redditus assisus* aut v-

trun-

trunque & petens possit interim decedere, & sic breue & processus irruentur de toto, ideò, quia cauti sunt homines, frequenter fit talis dilatio ex lege & principis beneficio.

CAP. XII.

Quintus dies placiti. *Capere languorem* semel tantum licet.

QVinto die placiti, postquam reus essoniatus fuerit de *malo veniendi* post visum terrę factum, si reus ille hoc die sibi dato per essonium, nullo modo venerit, quid iuris? Petens se offerat liti sic. **Richard le Iay se proffre vers William Huse de play de terre. William fust essoin a teu iour puis veu de terre fete, e auoit iour teskes ore e il ne vient pas, d'unt nus demandons iudgmēt de sa defaute.** Ista siquidem defalta apta est per quam petens recupauit seisinam, & sic irrotulabitur. *Richardus le Iay optulit se* IV. *die versus* W. de Huse *per talem de placito vm̄ carucatæ terræ cum pertinentijs in N. quam clamat vt ius suum versus eum. Et ipse non venit, & habuit diem*

em per essonium suum postquam comparuit in Curia & petijt visum terræ. Iudicium. *prædicta terra capiatur in manum domini Regis, & ipse summoneatur quod hic sic tali die ad audiendum iudicium suum,* & tunc exibit *paruum cape* pro petente. Ex quo autem in iure permittitur quod in placito terræ, vbi agatur de proprietate recti, vt in hoc breui & suis branchijs, post essonium de *malo veniendi* generaliter sequitur essonium de *malo lecti*, per hanc regulam, cum ante visum terræ (vt supra in capitulo de IV. die) per idem essonium cęperit languorem, tamen intelligatur quod languor captus sit commoditas & exitus essonij *de malo lecti* in litis prorogatione, Quid iuris? Regula data, quod post essonium *de malo veniendi* generalitèr subsequitur essonium *de malo lecti* semper se tenet, sed semel potest reus tantum capere languorem & nonplus, & si reus essoniet se hodie de *malo lecti* & prius ceperit languorem; dabitur ei dies per essonium suum ad proximum diem placiti, & omittentur mittendi quatuor milites, quia non potest reus capere languorem plusquam semel. & quia reus aliter, vt dictum est, vt sentio, non potest de-

dicere demandam petentis quantum ad hunc diem, nisi aliquis respondeat, transeat per hoc essonium hodie & die sequenti. Ad alia decurramus.

CAP. XIII.

Sextus dies placiti. Voucher. Recouerie & counterpleas sur ceo. Voucher d'enfant. *Warrantia* ex *Dedi.* ex *homagio* & *seruicijs* receptis. Age.

SExto die placiti si reus se essonians de *malo lecti* defecerit, currat lex communis contra eum sicut faciendum tertio die vt superiùs quando fecit defaltam post languorem. si autem reus appareat hodie, quid faciendum est? Si habeat warrantum est ne bonum quod vocet hodie vel non? Distinguendum est. Si iste reus ita recenter feoffatus fuerit vel antecessor eius ab ipso warranto vel antecessore suo qui nihil sciat vel possit dicere a se ipso contra tenentem, vt per quietum clamium vel huiusmodi, Tunc vocet hodie ad warrantiam si quem habuerit. Sed si aliquid actum fuerit inter ipsum reum & petentem vel antecessores eorum per

quod

quod petẽs excludi debet ab actione sua id proponat tenens vtpote si habet quietum clameum ab ipso petente, vel si aliàs in Curia lis decidatur per aliquem finem inter eos, vel quod non possit respondere sine participibus, vel qood non teneat totam terram petitam, si ita sit & alia similia bonum est apponere antequam vocet ad warrantiam. Si autem reus vocare voluerit ad warrantiam cum petens loquut° fuerit per verba curiæ. reus defendet vim & iniuriam & dicet. **Jeo vouche a garrant per aid de cest court B.** & dicit hoc verbum **per l'aid de cest court** quia vocator non potest facere vocatum venire ad Curiam autoritate sua propria & tunc petens habebit hoc breue ad faciendum warrantum venire. *Rex vicecomiti salutẽ. Summoneas per bonos summonitores B. qd sit coram Iustitiarijs iuris apud Westmonasterium tali die ad warrantizandum W. vnam carucatam terræ cum pertinentijs in H. quam* Richardus le Iay *in Curia nostra coram Iustitiarijs nostris clamat vt ius suum versus prædictum W. & vnde idem W. in eadem curia nostra vocat prædictum B. ad warrantũ versus eum, & habeas ibi summonitores & hoc breue.* Ad quem diem

tenens

tenens poteſt eſſoniari de *malo veniendi* ſic. *W. qui vocat B. ad warrantum verſus* Richardum le Iay *de placito terræ per talem.* Warrantus autem vocatus appareat ſed nihil faciendum eo die quia non habet partem adverſam, licet principaliter ſequitur eſſonium illud, & tunc reddat eſſonium tenentis. dabitur petenti idem dies vt eſſoniatori & conſimiliter; warranto vocato vnus & idem dies. Ad quem diem warrant° poteſt eſſoniari de *malo veniendi*, ſic. *B. quem W. vocat ad warrantum verſus R. de placito terræ per talem.* quo die tenens non appareat ſed dabitur ſibi & petenti & eſſoniatori vocati vnus & idem dies. Nec plus fiat illo die quia primus tenens iam ſubſtituit ſibi alium tenentem per vocationem ſuam. Dato autem die per illud eſſonium poteſtne warrantus eſſoniari de *malo lecti* necne? de cętero non poteſt, niſi poſt vadiationem duelli vel poſitionem in magnam aſſiſam. Vocatio autem ad warrantum ſic debet irrotulari. *Richardus le Iay petit verſus* W. de Huſe *vnam carucatam terræ cum pertinentijs in H. vt ius ſuum &c. &* Willielmus *venit & vocat inde ad warrantum per auxilium Curiæ B. & habuit diem*

&c.& si B. vocatus venerit & vocat alium tunc sic. *Richardus petit versus B. quem W. vocat ad warrantum et qui ei warrantizet vnam carucatam terræ &c. vt ius suum &c.*& quotquot fuerint warranti vocati, tot successiuè essonia iactari debent. Et primus reus post singulorum apparitionem semper potest essoniari de *malo veniendi*; si autem warrantus defecerit post essonium, capiatur de terra ipsius ad valentiam in manum domini Regis p *magnum cape.* Rex *vicecomiti salutem, Cape in manum nostram per visum legalium hominum &c. de terra B. ad valentiam vnius carucatæ terræ cum pertinentijs in H. quam* Richard⁹ le Iay *in Curia nostra coram Iustitiarijs nostris apud Westmonasterium clamat vt ius suum versus* W. Huse, *& vnde idem W. in eadem Curia vocat prædictum B. ad warrantum versus eum pro defectu ipsius W. & diem captionis &c.* omnia vt supra in *magnum cape* in prima defalta tenentis post primum essonium. hæc defalta intrabitur sic. *Willielmus Huse obtulit se quarto die versus* Richardum le Iay *de placito vnius carucatæ terræ cum pertinentijs in H quam* Richardus le Iay *in Curia nostra coram Iustitiarijs nostris apud westmonaste-*

monasterium clamat vt ius suum versus eum. & ipse non venit. & habuit diem per essonium suum vt supra. Iudicium. *de terra prædicti* Richardi *capiatur in manum domini Regis ad valentiam &c.* ad quem diem si warrantus defecerit Richardus recuperabit seisinam versus eundem W. & W. versus B. ꝑ equipollentiam statim & sine difficultate per *Scias*, & hoc erit de pluribus warrantis vocatis successiue. Si primus vocatus defecerit petens per defaltam recuperabit seisinam suam versus primum tenentem & primus tenens versus primum vocatum & ille versus secundum & sic de singulis. Warrantus autem vocatus potest per exceptiones diuersas derogare ius petentis, sicut & tenens & ponere se in *magnam assisam*, vel defendere ius suum per *duellum in omni euentu*, siue determinare negotium per diuersas responsiones, vtpote per *finem* in Curia domini Regis *finem duelli*, per *quietam clamiam* factam, exceptionem *Bastardiæ*, & consimilia quatenus viderit expedire. Esto quod reus vocet ad warrantiam & reo essoniato, appareat warrant⁹, dico qd warrantus non potest intrare in warrantia sine suo vocatore, & sic per essonium

ipsius rei dabitur dies ipsi vocato. ad quem diem apparente vocatore ille vocatus facit defaltam. Quid iuris? Petens autem dico sequetur defaltam illam. versus quem? Certe versus vocatum ad warrantiam & non versus vocatorem. Quia vocator vbi & quando debuit vocauit & post vocationem suam essonium habuit, & die sibi dato debitè comparuit, vnde constat quod nullus deliquit nisi vocatus ad warrantiam. Quęro tunc cuius naturæ debeat esse defalta. vtrum debeat exequi per *magnum cape* aut *per paruum*. per *paruum cape* fiat huiusmodi executio, non pro eo quod vocatus intrauit in Curiam sine responsione facienda (vt prædictum est in warrantia intrare non potest sine suo vocatore.) Sed quod die sibi dato in essonium vocatoris defecerit præcisè. Et ideo exeat super ipsum *paruum cape* pro vocatore & petens recuperabit seisinam versus eum de petitis. Et sciendum quod vocatus non potest habere visum terræ quòd debet benè scire vnde vocatur ad warrantiam. Et generaliter accidit quod vocator prius habet visum. Caueat rursus is qui vocat ad warrantiam quod non *vocet minorem*; nisi

habeat

habeat cartam de feoffamento in manib⁹ per quam vocat. Quod si non fecerit amittit pro se & hæredibus suis seisinam imperpetuum. Tamen ex officio suo Iustitiarij possunt sibi facere gratiam si voluerint. Quum autem supradictum est quod essonium de *malo veniendi* generaliter sequitur essonium de *malo lecti*; inde quero si vocatus ad warrantiam postquam essoniatus fuerit primo die de *malo veniendi* possit se essoniare de *malo lecti*. Consequenter non potest, antequā warrantizet sed post potest. Esto quod duæ sorores tanquam vnus hæres, vna videlicet maior & altera minor vocentur ad warrantiam. quid iuris? appareant ambę in Curia & minor se alleget esse infra ętatem & petat custodem & habebit. maior autem non respondebit, sine sorore minori. Et remanebit loquela illa sine die vsque ad ętatem minoris prædictæ. Et cum minor maior fuerit, resummoneatur loquela in eodem statu in quo dimissa fuit. Idem dico de quibuslibet participibus terrarum, de quibus quidam sunt minores & quidam maiores. Ex iuris ordine siquidem habemus quod minor non *habet legem*, id est quod non potest facere

legem. & hoc sequitur quod non habet essonium de *malo veniendi*, nec per consequens de *malo lecti.* Quid erit tunc cum aliquis minor implacitetur, possit gaudere huiusmodi essonio an non? si minor ille feoffatus fuerit infra ætatem, siue reus sit, siue per reum vocatus ad warrantiam, ad euitandum dilationes suas non amittat propter teneritatem ætatis suæ quia per feoffamentum iam efficitur maior in hoc casu & habeat essonia sua supradicta. Quum autem plerique sentiunt minus instructi in legibus terrarum quod warrantia non iacet in Chartis, vbi hæc clausula *Ego et hæredes mei warrantizabimus* non inseritur, opus est inde certitudinem exponere. In qualibet simplici charta de feoffamento per hoc verbum *dedi* quamuis plus de warrantia non specificatur, tenetur donator vel eius hæres warrantizare si ad horam vocati fuerint, nisi in feoffamento i. in carta aliquod speciale huic contrarium apponatur. Sic contigit inter A. & B. coram *R. de Thurkelby* vnde postea fuit duellum vadiatum & arrainatum. Non autem dico quod assignati donatoris debeant per illud verbum *dedi* warrãtizare huiusmodi feoffato; nisi specifi-

cificetur in charta donatoris, quod ille & hæredes & assignati sui debeant warrantizare. verbi gratia. Si huiusmodi donator antequam feoffasset istum qui modo vocat ad warrantiam habuisset tres acras terræ, de quibus vnam dedit isti de quo loquor & posteà residuas duas C. vel D. nulla mentione facta in carta primi feoffati quod assignati dicti donatoris debeant warrantizare. licet, dico, tertia acra annexa fuerit prædictis duabus acris, non tenetur assignatus ille warrantizare. Et quid si donator talis penitus donauerit & fuerit ita debilis quod non habeat vnde warrantizet, cum vocatus fuerit vt sæpe contingit In hoc casu nihil scio consulere, nisi quod ille feoffatus adquirat sibi confirmationem a Capitali Domino si fieri posset. Et si capitalis dominus illud confirmauerit & vocatus fuerit inde ad warrantiam oportet quod warrantizet, licet non nominet donatorem. tali dico ratione. Iste capitalis dominus de quo tenementum illud tenetur, cum se obligauerit ad hoc, per confirmationem suam, omnia verba in dicto feoffamento contenta tam le *dedi* quam le *confirmaui* vna cum dicto donatore simul firmat coniun-

gens & obligans fortiter seipsum ad pactionem tenendam dicto feoffato quasi pro defectu ipsius donatoris. Licet autem superiùs in hoc capitulo dicatur qd minor respondere non debeat si implacitatus fuerit, nec warrantizare cum vocatus fuerit, antequam peruenerit ad ætatem, non debeat nisi in minore ætate feoffat' fuerit, dico in eadem ætate respondeat. In actione siquidem dotis respondeat minor semper, siue petatur ab eo dos, siue in dote petenda si vocatus fuerit ad warrantiam. Sed ista lex videtur esse contraria illi quæ supra scribitur quę dicit quod minor respondere non debet donec peruenerit ad ętatem nisi in minori ætate feoffatus fuerit. Petitio siquidem dotis non prejudicat proprietatem iuris hæredis a quo petitur dos. Quia cum mulier petat dotem i. tertiam partem hęreditatis, hæres ipse manifestatur, & quod ea decedente pars tertia reuertatur ad duas, & quod hic non iacet huiusmodi exhęredatio hæredis. Et si mulier expectaret ætatem minoris poterit interim in fata decedere & sic per consequens semper dotem amittere, statuitur ex iure qd minor in hoc casu respondeat. Si quis

autem

autem vocauerit minorem ad warrantiam non habens in promptu cartam vel aliud per quod ipse minor si maior esset respondere deberet, sine vlteriore dilatione ad calumniam minoris amittet ab eo petita. Dato siquidem quod sorores sint participes alicuius hæreditatis de quibus vna tantum vocata fuerit ad warrantiam quæ se nihil tenere assereret nisi in propartia & peteret iudicium desicut vocata sola fuit ad warrantiam sine participe; Distinguendum est vltrum terra partita esset inter participes illas necne. Si impetita fuerit, dicta responsio tenet locum, si verò partita & illa quæ sola vocata fuerit ad warrantiam de proparte sua recepérit homagium & seruitium vocantis, respondeo quod *sine participibus respondere non debet* non habet locum, sed debet warrantizare præcise. nisi aliud de nouo proponat versus ipsum vocantem. Adhuc autem de warrantia sic definio. *Walter° petit versus* Thomam *vnam carucatam terræ cum pertinentijs in H. & versus R. tantum vt ius suum, & vnde quidam B. antecessor suus fuit seisitus in dominico suo vt de feodo & iure tempore &c. &* Thomas *venit & vocat inde ad warrantiam quen-*

dam

dam G *qui præsens est & petit sibi ostendi per quod debeat ea warrantizare & dicit quod tenet dictum tenementum de ipso* G. *et ei inde fecit homagium, ita quod ipse est in seisina de homagio et similiter de seruitio suo scilicet de tali redditu assiso & similiter de secta ad Curiam suam sibi de tribus septimanis in tres septimanas. Et prædictus* Thomas *quesitus si habeat aliquam cartam vel instrumentum de dicto* G. *vel ab antecessoribus suis per quod teneatur prædictam terram ei warrantizare dicit quod non, & dicit quod non debet ei warrantizare vt sibi videtur ratione homagij tantum de sicut nihil ostendit neque cartam neque instrumentum aliquod per quod teneatur ei warrantizare, tum quia in Cancellaria domini Regis nunquam conceditur aliquod breue de warrantia nisi expresè fiat mentio quod is qui vocat ad warrantiam habeat cartam illius quem vocat vel alicuius antecessoris ipsius, tum quia nec prædictus* Thomas *nec antecessores sui inde fuerint seisiti ab eo nec ab antecessoribus suis. Dicit enim quod quidam* Richardus le Iay *feoffauit quendam* Widonem *auum prædictæ* Thomæ *cuius hares ipse est de prædicto tenemento per prædictum seruitium per annum. Et idem* Richardus

chardus *dedit cuidam* Willielmo *auo prædicti* G. *cuius hæres ipse est homagium & seruicium* Widonis *de prædicto tenemento ita quod idem* Wido *sponte & voluntate sua atturnauit se de prædicto seruicio* Willielmo, *& postea descendit prædictum seruicium ipsi* G *iure hæreditario, & dicit quod quando recepit homagium de prædicto* Thoma *recepit illud* saluo iure cuiuscunq; *eò quòd audiuit quod* Walterus *qui modo petit vendicabat ius in prædicta terra, ea ratione quod antecessores sui & antecessores prædicti* Thomæ *exierunt de duobus fratribus et idem* Walterus exijt *de fratre antenato vt asserebat & desicut idem* G. *cepit homagium & seruicium suum* saluo iure vniuscuiusque, *Iudicium si debeat ei warrantizare ratione prædicti homagij tantum versus ipsum* Walterum *qui clamat esse propinquior hæres de eodem stipite & eadem linea parentelæ.* Adhuc autem videtur quod non debeat ei warrantizare ratione prędicti homagij tantùm. Hac ratione homagium non obligat nec excludit aliquem ab actione nisi tantum personam illius quæ illud homagium receperit. verbi gratia. si quis ceperit homagium de aliquo tenemento ratione cuius ho-

homagij excluditur quod non potest in vita sua tenementum illud petere in dominico, & si ius haberet in eodem hæredes sui non excluderentur ratione dicti homagij quin bene possint tenementum illud petere in dominico si voluerint. Et si idem G. warrantizaret prędicto *Thomæ* prædictam terram & eandem terram per considerationem Curiæ domini Regis postea amitteret versus prędictum *Walterum*; tunc teneretur facere prędicto *Thomæ* Exchambium ad valentiam prædictæ terræ, absque hoc quod idem G. nec hæredes sui aliquid possint recuperare versus prædictum *Thomam* & hęredes suos de prædicto exchambio in perpetuum. & sic contingeret quod hæredes ipsius G. excluderentur ab agendo de prædicto exchambio, per prędictum homagium quod idem G. ceperit quod manifestè est contra rationem prædictam. Ex cussis quæ in pręsenti recoluntur quo ad vocationem warranti & quoad exceptiones dilatorias de *peremptorijs* loqui congruit isto loco. Ad primum autem distinguendum est vtrum fuerit principalis re aut per vocationem substitutus qui respondere debeat, quia vtrique competunt

tunt exceptiones futuræ quæ tales sunt & vigent singillatim. *Præscriptio temporis* probata excludit petentem & hæredes suos ab actione quę talis est in hoc breui, si dicatur quod is de cuius seisina petit actor non fuisset in seisina rei petitæ ✶Tempore Regis *Henrici* patris Regis *Edwardi* nunc. peremptoriè discinditur actio actoris.

✶ *al.* vltra tempus Regis *Richardi* auuncuili Regis *Henrici* &c.

Radulphi de *Hengham*

Summæ magnæ

Finis.

Deesse videntur plurima; sed ita finiunt omnia, quæ vidisse nobis contigit, exemplaria.

SVMMA PARVA

Radulphi de *Hengham.*

CAP. I.

De Essonijs.

NOtandum quod quinque sunt essonia. *Primum* videlicet de *vltra mare*. *Secundum* autem *de terra Sancta*. Ista duo iacent in principio placitorum & non alibi. Et nisi veraciter proponantur vertenda sunt in defaltas. & quomodo Essoniatus de *vltra mare* vertitur in defaltam, queratur in statuto *primo westmonast*. cap. XLIV. Inducię primi essonij XL. dies. Induciæ secundi vnius anni & diei. & continuò posteà iacet essonium de *malo veniendi* & non econverso. *Tertium* de *malo veniendi*, cuius adiornamentum est quindecem dies, & iacet in quolibet placito ante apparentiam & post; exceptis quibusdam casibus, vt in breuibus *Assisarum*, *Attinctarum*, & *Iuratarum*

rum de Vtrum. Et intelligendum est qd post apparentiam, nec Actori nec Reo competit istud essonium, nec Reo alicubi in disseisina. Quæratur autoritas in *primo* Stat. *Westmonast.* cap. XLII. & in *secundo* Stat. *Westm.* cap. XXXII. Item nec in *appello* de morte hominis iacet istud essonium vt in *secundo* Stat. *Westm* cap. XIV. Item in quolibet placito in quo allocatur istud essonium postquam partes descenderint in inquisitionem, non iacet, nisi semel & hoc ad ꝓximum diem post inquisitionē adiudicatā. Et post alias apparentias subsequentes non remanebit ꝑ istud essonium inquisitio capienda. Item post diem datum prece partium non iacet istud essonium; vt in casu quo partes concedunt venire sine essonio. Quæratur autoritas vtriusque in *secundo* Stat. *westm.* cap. XXXI. Item post diem datum de die in diem quod habet fieri in eodem termino non iacet continuè post defaltam in actione Reali. non competit in personali. non iacet continuè post *magnam districtionem*, nec post *magnum cape*, nec postquam præceptum est vicecomiti quod faciat *aliquem venire* vel quod *habeat corpus* alicuius, vel quod *capiat* aliquem,

quem, vel postquam mandatum fuerit Episcopo, quod faceret *venire clericum* suum. In casu etiam quando vir & vxor vel duo tenentes in communi implacitantur, non habebunt de cætero nisi vnicum essonium, quia si vnus se essoniauerit & alter compauerit ad alium diem illi qui comparuit non potest se essoniare quia sunt in statu quasi vnius personæ. quæratur autoritas in *primo* Stat. *westm.* cap. XLIII. & in Stat. *Gloceſt.* cap. x. Et istud solum essonium & non aliud tam iacet attornato quam principali personę. Ita tamen quod si quis essoniauerit seipsum & non attornatum suum, non allocabitur ei essonium suum. Et si duos habuerit atturnatos vel plures, & vnum & non alium essoniauerit vel si plures habuerit & miserit vnum essonium, non allocabitur ei essonium. Sed videtur instantiam recipere, in casu quo lex vadiata fuerit per atturnatum, postquam atturnatus se non poterit essoniare, quia post legem vadiatam dictum est per Iustitiarios atturnato quod faciat venire dominum suum in propria persona sua ad faciendum legem. *Quartum* esonium est de *malo lecti*, cuius adiornamentum est in *morbo*

transeunti

transeunti sicut adiornamentum de *malo veniendi*, secundum discretionem Iustitiariorum, & in *languore* vnius anni & vnius diei a die visus sui apud *Turrim London*. Et habet istud essonium quasdam proprietates quas non habent alia essonia, videlicet, quod alia essonia in ipso primo die placiti ꝓferri debent, istud in tertio die præcedenti. Item in alijs essonijs sufficit vnus essoniator, in isto exiguntur duo essoniatores. Item alia essonia iacent sine essonio præcedenti immediate, istud essonium non iacet nisi immediate præcedat essonium de *malo veniendi*. Præterea in alijs essonijs datur certus dies, sed in isto essonio dicitur essoniatoribus qd eant sine die & iacet solummodo in omni breue *de recto*, ante apparentiam & post, exceptis quibusdam casibus, scilicet in breui in quo non iacet *duellum*, vel *magna assisa*, vt inter eos qui per eundem sanguinem & eundem discensum clamant. Item in alijs breuibus de recto, quum placitum fuerit in eodem comitatu non iacet nisi causa sit vera; quia si convincatur falsa, vertetur in defaltam. Quæratur autoritas in *secundo* Stat. *Westm.* cap. XIX. *Quintum* essonium

 est

est de *seruicio domini Regis* & iacet in quolibet placito & loco, exceptis quatuor casibus, videlicet *Nouæ disseisinæ*, de *Dote vnde nihil habet*, *vltimæ præsentationis*, & in *Appello* de morte hominis. In quibus non iacet, eo quod Rex non concedit protectionem suam in casibus illis & alijs casibus in quibus nullum iacet essonium. Et solummodo allocabitur istud essonium si ad diem datum proferatur warrantum Regis, et licet istud essonium videatur allocatum esse eo quod adiornatur non tamen adiornatur sine conditione sicut alia essonia, quia si ad diem datum non proferatur warrantum, sequitur pæna talis. qui non habet warrantum in actione reali, vertetur in defaltam. in actione personali condemnabitur ad expensas. quæratur auctoritas in Stat. *Gloceſt.* cap. VIII.

CAP. II.

Breuia de Dote.

SCiendum quod tria sunt breuia *de dote vnde nihil habet*, videlicet vnum breue de communi dote quod est tale.

Præcipe A. quod iustè &c. reddat B. quæ fuit vxor C. rationabilem dotem suam quæ eam contingit de libero tenemento quod fuit prædicti C. quondam viri sui in tali villa vnde nihil habet &c. Et per istud breue petitur tertia pars tenementi quod fuit viri sui die quo eam desponsauit & postea. Et aliquando *medietas* vt de *socagio*, & tamen non de omnib' sed de antiquis & de hijs de quibus mulieres dotari consueuerint secundum consuetudinem certæ patriæ. Et istud breue aliquando est clausum vt in casu quando nihil habet & aliquando patens, quando aliquid habet & aliquid deficit. In quibus casibus vnum & aliud locum habent. Inuenietur in Prouisione de *Merton* cap. 1. In supradicto breui clauso adiudicari debent *damna* mulieri de tenementis de quibus vir obijt seisitus. De tenementis verò alienatis per virum de quacunque dote petita per breue patens non adiudicantur *damna*. Aliud est breue *de dote nominata*, quando vir dotat vxorem suam & hoc aliquando de minori quam de tertia parte, & de hoc tenebit se contentam. Et aliquando de tertia parte in certo loco & si non excedit tertiam partem remanebit

illa certa dos. aliquando autem de maiori & remanebit ei quousque admensuretur & reddatur ei per breue *de admensuratione dotis*; & in hoc breui sicut in alijs adiudicantur damna. Et est *breue de dote nominata* tale. *Praecipe D. quod iustè &c. reddat B. quæ fuit vxor C. tale manerium de quo prædictus C. eam dotauit nominatim* ad ostium ecclesiæ *quando eam desponsauit &c.* Aliud est breue quando filius dotat vxorem suam de tenementis patris sui & de voluntate patris sui quod aliquando est de certo tenemento nominato; aliquando de tertia parte omnium tenementorum patris sui, quo similiter *damna* adiudicantur, & est breue tale. *Praecipe A. quod iustè &c. reddat B. quæ fuit vxor C. tale manerium* vel *tertiam partem tenementorũ de quo* vel *de qua prædictus C. eam dotauit de assensu & voluntate E. patris ipsi C. ad ostium ecclesiæ &c.*

CAP. III.

Exceptiones contra Breuia de Dote.

EXceptiones contra prædicta breuia, & maximè contra primum potest obijci

obijci quod demandans dotem suam habere non debet, eo quod prędictus C. quondam vir suus die quo eam desponsauit vel vnquam postea non tenuit tenementum vnde petit dotem in dominico vt de feodo. Et per hoc non excluditur, quin habebit dotem de tenemento quod per virum suum vel antecessorem dimissum fuit ad terminum ante desponsationem & remansit in manu terminarij vsq; ad obitum viri. quia licet commodum rei fuit terminario, tamen feodum & dominicum remansit pęnes virum. Item in omnibus breuibus prædictis potest obijci quum vir suus commisit feloniam, ob quam fuit *suspensus*, *vtlagatus* vel alio modo *morti damnatus*, vel *demembratus*, vel apud **Douere** *infalistatus*, vel apud **Southampton** *submersus*, vel apud **Winton** *demembratus*, vel *decapitatus* vt apud **Northampton**, *in mari supervndatus* sicut in alijs partibus portuum. nec recolo in alijs casibus in quibus homo habetur pro felone, nisi in casu vbi quis mouet guerram contra Regem, vel Regnum, ita quod abiurauit regnum, vel in fugiendo tanquam public latro fuit decollatus. Item quod inter ipsam & virum suum *di-*

uortium fuit celebratum. Item si vir suus amiserit tenemẽtum vnde illa dotem petit per iudicium excepto iudicio per defaltam, de quo dicitur in *secundo* Stat. *Westmonast.* cap. IV. Item amittit vxor dotem in casu de quo dicitur in ijsdem statutis cap. XXXVIII. Item si minor existens in custodia alicuius ducat vxorem sine assensu domini sui, & in minori ætate obierit, dotem amittit. Secus est si expectet ætatem. Item vxor quæ propter minorem ætatem suam, vel propter minorem ętatem viri sui non potest *dotem deseruire* ab actione dotis excluditur excepto tamen si a minori dotetur ex voluntate patris, quia licet sit inhabilis secundum ius commune, voluntas tamen patris, quę firmatur secundm conventionem, facit habilitatem. Alia vero exceptio est, si objiciatur quod *non* fuit viro *legitimè desponsata* &c. Sed istius exceptionis discussio pertinet ad episcopum & ordinarium, & secundum eius responsionem procedatur ad iudicium. Sed quid erit si pro vna muliere petente dotem, cui obiecta fuerit prædicta exceptio, scribatur episcopo, & per responsum episcopi mulier illa recuperabit dotem, & post modum venerit

alia

alia mulier petens dotem de dono eiusdem mariti & similiter obijciatur quod non fuit viro legitimo matrimonio copulata, & ordinarius scribat Regi quod vltima est vxor legitima, & quod decepcus fuit in priore casu matrimonij? Dato hoc stabitur posteriori mandato Ordinarij. Sic contingit de *Albreda* & *Alicia* de Pasham. Alia est exceptio, quod si petat dotem de muliere dotata dicitur quod de *dote non debet dotem habere*, sed intelligendum est quod illa exceptio non repellit quamlibet mulierem ab actione vel a petitione dotis. Quia contingit in casu. *Radulphus* habens vnam carucatam terræ ducit vxorem & dotat eam & postmodum dat filio suo vnam virgatam terræ qui ducit vxorem & dotat eam, mortuo filio *Radulphi*, vxor filij dotata est de tertia parte virgatæ terræ, mortuo *Radulpho* vxor *Radulphi* petit dotem de toto. Si obijciatur ei quod de dote non debet habere dotem, non allocabitur ei exceptio illa, quia in priori contractu matrimonij inter *Radulphum* & vxorem suam adquisitum fuit ius vxori prædicti *Radulphi* de toto. nec debet ei preiudicare secundus contractus inter filium

Radulphi & vxorem suam post dotatam. Secus est si *Radulphus* obierit ante filium suum & dotem suam recuperauerit de tenemento quod *Radulphus* dedit filio suo & similiter de tenementis quæ remanserunt prædicto R. post illud donum, si postmodum prius mortuo R. prædicto, & postmodũ filio *Radulphi*, veniat vxor filij & petat dotem versus vxorem *Radulphi* quæ ius habuit in toto, obstabit ei illa exceptio, quod *de dote dotem non habebit, &c.*

CAP. IV.

De visu concedendo.

VT fciatur in quibus casibus visus terræ concedatur sciendum est quod in omnibus breuibus quæ incipiunt *Præcipe* tali *quod reddat* aliquid quod actor petit tenere ad minus ad vitam, vel ad terminum vitæ alterius, vt in breuibus *de recto*, & *ingressu*, & *consanguinitate*, de *forma donationis*, de *Eschaeta*, & similibus in quibus tenetur in dominico, visus conceditur; exceptis quibusdam casibus. Quia per hoc quod dicitur *ad terminum vitæ* ex-

excluditur breue de *custodia*. Per hoc qd dicitur breue *de Recto de tenementis*, excluditur breue de *consuetudinibus & seruicijs*, & breue de *Recto de aduocatione ecclesiæ*, in quo visus non conceditur si tantum sit vna ecclesia in villa in breui contenta. Et si plures sint ecclesiæ & nominetur ecclesia talis sancti, si plures ecclesiæ de illo sancto in eadem villa non habeantur. Per hoc quod dicitur *tenens in dominico*, excluditur warrantus sine quo tenens se non posse dicit respondere. exceptis quibusdam casibus &c. Cuiusmodi sunt *commune breue de dote vnde nihil habet* de tenementis vnde vir suus obijt seisitus. Item breue de dote assignata, quando filius dotat vxorem ex voluntate patris & alij sunt casus expressi ex statutis *Westmonast. secundi* cap. LIII. Per hoc quod dicitur *Præcipe quod reddat tenementum* excluditur breue *de nuper obijt* in quo visus non conceditur licet tenementum per illud petatur. Alia sunt pluria breuia in quibus visus conceditur, nec tamen fit Mencio quod *aliquis reddat tali*, sed *quod permittat &c.* Sicut in omnibus breuibus *de ingressu*, quæ proveniunt & originem habent a breuibus *nouæ disseisi-*

ne de *communia pastura*, & omnibus alijs de quibus fit mentio in *vltimo statuto* Westmonast.cap.xxix. Item in omnibus alijs breuibus de *ingressu* de *fossato* de *stagno* &c.de quibus iacet assisa exceptis quibusdam casibus pasturæ. Quia si petatur communia vbique in villa de qua fit mentio, non est necesse concedere visum,sed si in aliquo loco petatur & in aliquo loco non, necessario habet concedi. Vnum est breue de recto quod non est de forma supradictorum breuium, scilicet *Quo iure* in quo * conceditur visus,si actor dicat Reum nullo modo communicare in terris suis, sicut dictum est de Pastura. Sunt alia breuia quæ ad Vicecomitem pertinent placitanda quæ aliquando ponantur coram Iustitiarijs vt de *Domo,muro,porta,gurgite*, in quibus propter nocumentum, visus concedicur; & de quibusdam consimilib', vt de *mercato,feria*, *Ouili* non conceditur visus quia non est necessarius.

* Nonnullis mss.non conceditur.

CAP.

CAP. V.

De breuibus *Assisarum.* & primo de breui *nouæ Disseisinæ.*

SCiendum est de quibus iacet Assisa, & quibus fit modis disseisina, & quibus personis competit, & contra quos. De quibus; sciendum est quod de tenementis cuiusmodi sunt *terra, pratum, Boscus, Pastura, Vastum, Piscaria separalis,* ad minus versus deforciantes, *Gurgites* & alia quæ numerantur in *secundo statuto* Westmonast. cap. xxix. Quę in seisina alicuius sunt aliquo titulo in feodo, vel ad minus ad terminum vitæ & hoc aliquando ad vitam possessoris, de quo non fit distinctio. Aliquando ad vitam dimittentis, super quo distinguitur. vel dimittens nihil aliud habuit quam ad terminũ vitę vt *Rector ecclesiæ,* tenens in dotẽ, & consimilib⁹ in quibus casibus transfertur liberum tenementũ in possessorẽ, vel dimittens habens feodũ transfert in possessorem ad vitam dimittentis reseruata reuersione hæredib⁹ vel alijs in quo casu aliquorũ opinio est qd liberũ tenementũ non transfertur. Iacet et de *Fossato prostrato,*

ta, vel *leuato*, *stagno prostrato* vel *exaltato*, *sepe prostrata*, *leuata*, vel *exaltata*, via *obstructa*, vel *arctata*, *aqua diuersa*, pro cursu aquæ ad nocumentum arctato. Quædam sunt consimilia ad nocumentum leuata, de quibus non datur *Assisa*, sed pertinent ad vicecomitem placitanda, velut *Domus*, *Virgultum*, *Porta*, *ouile*, *molendinum*, *Gurges*, & *Furnus*. Quædam & hijs similia quæ sunt ad nocumentum, quæ coram Iustitiarijs sunt placitanda, vt *feria*, *mercatum*.

CAP. VI.

De titulis. *Hereditaria successione*, *feoffamento*, & *Eschaeta*. quomodo acquiritur *liberum tenementum*.

ET quod dicitur supra de *titulo*, sciendum est quod veri *tituli* sunt *Successio hæreditaria*, *feoffamentum* [*perquisitum titulo feoffamenti*] *Eschaeta*. Sed in quibusdam horum casuum, maior exigitur seisina, ad liberum tenementum perquirendum, & in quibusdam minor. Vt in successione vero heredi per pedis positionem adquiritur liberum tenementum, quia posito pede adquiritur liberum tenemen-

mentum de toto tenemento quod annectitur tenemento in quo pes ponitur, vel cui illud tenementum annectitur. Non sic est de hærede non vero, veluti de vero Bastardo vel nato ante matrimonium, vel alio de longiore sanguine. Licet ante aduentum veri hæredis stet in hæreditate p magnum temp', videlicet per dimidium anni vel amplius, & postea verus hæres eum eijciat, non propter hoc timere oportet verum hærodem breue nouæ disseisinæ, quia possessio non veri hæredis *seisina* vel adquisitio dici non debet sed potiùs *Intrusio*. Si autem contingat quod post mortem alicuius intrat verus hæres, & alius qui verus non est, & similiter morantur in possessione per magnum temp', & postea verus hæres eijciat non verum, non competit non vero actio vel remedium per disseisinam. Sed si non verus eijciat verum, vero hęredi competit actio, quia cum ambo essent in seisina, seisina dicitur illius qui maius ius habet. De titulo liberi tenementi per adquisitionem per *feoffamentum*, multa sunt consideranda. Quia cum aliquis feoffat alium non tam cito transfertur liberum tenementum in feoffatum sicut superius dictum est in

successione hęreditaria. Quia primo videndum est vtrum feoffator feoffat aliū, absque alterius prejudicio, in quo casu p bonam transmutationem adquiritur feoffato liberum tenementum; de his maximè de quibus se dimisit ad plenum, nullo sibi reseruato præter seruicium. Et si forte in prejudicium alterius fiat feoffamentum, non tam cito adquiritur liberum tenementum feoffato, vt in casu quo feoffator se facit medium inter Capitalem Dominum & feoffatum, vbi oportet qd plena & pacifica seisina fiat feoffato antequam competat actio ei versus feoffatorem, contra quod tamen potest subueniri per finem *factum*, vel per *Recognitionem factam coram Rege vel Iustitiarijs*; quarum virtute adquiret feoffatus liberum tenementum non obstante contradictione capitalis domini. Et similiter si vxor dotata, vir tenens p legem Angliæ, vel aliter ad terminum vitæ, vel per feodum tálliatum. in supradictis tenuris feoffato requiritur longa seisina & pacifica antequam adquiratur ei liberum tenementum. Et in huiusmodi feoffamentis multa alia consideranda, videlicet remota absentia illius cuius interest; tempus quo

ad

ad ipsum deuenire possit notitia, potestas eius resistendi & multa alia. Similiter de *Villano* alienante villenagiũ, & *Ballino* alienante tenementum in custodia sua existens, in quibus casibus, de breui seisina, non adquiritur liberum tenementum. In titulo per *Eschaetam.* adquisitio quæ aliquando adquiritur Capitali Domino per feloniam tenentis & in alijs casibus his similib⁹, vt in reuersione post feodum talliatum de iure, & quod alicui competit per formam donationis, de facili adquiritur liberum tenementum ratione reuersionis ad personam à qua vel cui⁹ antecessoribus exiuit tenementum, cessante successione reuertendi, vel per formam donationis alicuius remansurum. Sed in istis duobus casibus, diuersa exigitur verificatio in iudicio. quia in reuersione ratione feodi talliati vel doni sub conditione non exigitur quod clamans reuersionem scriptum aut aliquid aliud ostendat ad intentionem suam probandam, quàm patriam; eo quod carta doni pęnes adquisitorem ex consuetudine remanet & non pęnes donatorem. Et ideo tenementum sine ostensione cartæ ad donatorem reuerti potest. In alio casu quando debet re-

*al. continuò.

remanere extraneæ personæ non * coniunctæ post mortem alicuius, necesse habet petens ostendere finem vel cartam de forma doni. Et cum dicitur supra quod titulus liberi tenementi tripliciter adquiritur, non propter hoc credat aliquis quin alia via adquiritur alicui liberum tenementum, attamen per aliquem colorem oportet quod supponatur prædictis titulis. verbi gratia. Quidam ingreditur per disseisinam quæ nullum facit titulum, postea disseisitus remittit & quietum clamat eorum ius suum. Iam habet disseisitor titulum liberi tenementi per quietam clamantiam disseisiti vbi prius non habuit, & sic æquipollet quieta clamantia feoffamento. *Præscriptio* similiter & *præsumptio* fit aliquando loco tituli. verbi gratia. Aliquis ingreditur per disseisinam & disseisitus ætatis & suę potestatis permittit disseisitorem per magnum tempus tenere ipsum non eijciendo nec versus ipsum impetrando actionem; quare præsumitur, ex quo per tantum temp' stetit in seisina per aliquem titulum clamauit tenere. Et propter hoc si post magnum tempus eijciatur, competit remedium p breue *nouæ disseisinæ*. Mulieri etiam dotatæ,

dotatæ, siue tenenti per legem Angliæ, competit remedium per breue nouæ disseisinæ, si eijciantur quia donum viri in dote est quoddam genus perquisitionis. Similiter adquiritur tenementum ad terminum vitæ viri ducendo mulierem, cuius hæreditas tenementum est; & sub eodem genere comprehendi potest. Quorundam tamen ingressus cum ceperit per prędictos titulos vel sub colore eorundem titulorum nunquam alicui facit liberum tenementum. Et illis, quibus dimittitur aliquod tenementum ad voluntatem, vel ad terminum annorum, licet a tam magno tempore tenuerint, cuius dimissio non poterit haberi in memoria, nunquam adquiritur liberum tenementum, nisi per consequens factum videlicet p̄ feoffamentū aut quietam clamantiam illi⁹ cui fuit liberū tenementū. Et hoc intellige qd liberum tenementū non adquiritur illi cui supradicto modo facta fuit dimissio, sine facto illi⁹ cui⁹ fuit liberum tenementū. sed aliquando contingit qd huiusmodi tenentes ad voluntatē vel ad terminum feoffant alios de facto, tn. de iure non possunt, & tn. p̄ eorū feoffamentum, adquiritur feoffatis liberū tenemen-

tum, quod nunquam euenit per factum illorum qui nullam habent tenentiam. Et quod dicitur ſupra de felonia, ſciendum quod *felones* ſunt *ſuſpenſi, vtlagati*, & alij de quibus dicitur hic & ſupra in *cap. de Dote* * ſecundo.

* *Tertio*; vti hac diſtinguitur editione.

CAP. VII.

Quibus modis fit diſſeiſina:

SCiendum, quod, cum quis tenens realiter eijcitur de tenemento. item abſens, cum ingredi voluerit, eijcitur & repellitur. Item cum * manuopus alicuius impeditur per * ſuperfluoſam, & hoc in tenemento diu ante appruato, vel de tenemento de nouo appruando. verbi gratia. Si qui vaſtum ſuum non prius appruatum redigat in culturam, ſalua tenentibus & vicinis ſufficiente paſtura cum libero ingreſſu & egreſſu, cum inceperit appruare impediatur, impeditor pro diſſeiſitore habetur. Item in paſcendo alterius ſeparale fit diſſeiſina vt in *vltimo ſtatuto* Weſtmonaſt. cap. XXIX. Item aliquando continuando poſſeſſionem a qua abiudicatur. verbi gratia. Diuortium cele-

* *al.* manuopere.
* Nonnullis *vel per ſuperfluam*; alijs, *ſuperflitioſam.*

celebratum est inter virum & mulierem, si post diuortium vir teneat se in hæreditate perquisita in maritagio mulieris, statim cum post diuortium manuoperetur disseisitor est. Item intrando per iudicium quod non ligat. verbi gratia. A. implacitat B. de tenementis C. & fit iudicium de tenementis C. cum tria exigantur ad iudicium scilicet *Actor, reus*, & *Iudex*, & in isto iudicio deficiat vnus trium, videlicet verus tenens qui dicitur reus, ille qui recuperat pro disseisitore habetur. Eodem modo si in Curia Comitis *Glocestriæ* recuperatur tenementum alicuius qd est de feodo Comitis *Warreniæ*; quia defuit ibi Iudex, ille qui recuperat pro disseisitore habetur. Et tamen illa iudicia non peccant in forma, quia verus est ibi processus sed substantialia deficiunt. Non sic est in falsis iudicijs quæ habent sua substantialia, scilicet actorem, reum & iudicem (& his non existentibus fit iniquum iudicium) quia istud iudicium ligat quousq; infirmetur, & solummodo competit recuperare per breue de *falso iudicio* & non per breue *nouæ disseisinæ*. Item dicitur in casu disseisitor quando non per factum fit sed per aduocationem

in Curia. Et hoc est cum ille qui dimisit terram ad terminum posuerit se in tenementum ante terminum finitum & terminari⁹ eum eijciat, si ille qui dimisit terram ad terminum impetrauerit *breue nouæ disseisinæ* versus terminarium, clarum est quod si terminarius dicat se nihil habere nisi ad terminum & convincatur per assisam quod terminarius eiectus ante terminum finitum vim vi repellendo se reposuerit, impetrator nihil per assisam recuperabit. Sed si falso coram Iusticiarijs clamauerit feoffamentum, & contrarium convincatur per illam falsam clamationem factam in exhæredationem illi⁹ qui tenementa ei dimisit, habeatur pro disseisitore. Eodem modo si terminarius eiectus impetret breue *nouæ disseisinæ* versus eum qui ad terminum ei dimisit, convicto quod nihil aliud habuit quam terminum, per suam falsam clamationem, amittat terminum suum. Et est disseisina de redditu in omni casu, cum tenementũ aliquod alicui obligatur in aliquo redditu, siue de eo siue de alio teneatur & districtio * recusetur vel replegietur.

C A P.

CAP. VIII.

Quibus Personis competit *assisa*. Exceptiones item *dilatoriæ* & *peremptoriæ*. De vocando in *auxilium*. per *eundem descensum*.

SCiendum est, qd quibuscunq; liberis & in statu liberorum existentibus, qd dicatur ꝑ hijs qui in * *nayvitate* ꝑ creati sunt, & cum à magno tempore fugerint & ad remota loca extra *astrum* se transtulerint & tenementa perquisierint, si ab illis eijciantur, competit eis remedium per breue *nouæ disseisinæ*, & contra veros dominos quia quousque natiuos in seruitutem ꝑ iudicium redigerint, ad tenementa seisienda manum apponere non possunt. *Villanis* quidem in *Astro* commorantibus non competit huiusmodi remedium versus veros dominos non magis de *perquisito*, quam de *villenagio*. Si tamen de *villenagio* vel de *perquisitis* eijciantur per extraneos competit eis remedium ꝑ breue *nouæ disseisinæ*; quia in hoc casu villan' non quo ad verũ dominũ sed quoad ex-

* al. natiuitate.

extraneos ꝑ libero habetur. Eodem etiã modo *Sokemann'* de *antiquo* dominico, licet contra dominum vel vicinum de eodem socagio placitare non possit nisi per *paruum breue de recto clausum*, versus tamen extraneum si eum eijciat, competit ei remedium per breue nouæ disseisinæ. Competit etiam liberis a magno tempore in seruitutem redactis, illis videlicet quorum patres & aui & quicunque antecessores à tempore quo currit *breue de recto* in seruitutẽ redacti fuerint. quamdiu enim in *astro* morantur competit eis remedium ad liberum * statum rehabendum per breue *Ne Vexes*. Et si a tenemento eijciantur non competit eis aliud remedium quam per breue *nouæ disseisinæ*. Sciendum est, quod contra quamlibet ꝑsonam; dum tamen verus nominetur tenens, quo in breui non nominato, nihil impetranti acquiritur. Competit etiam aliquando viro contra vxorem in casu in quo vxor profuga alienat tenementum viri sui, vel etiam tenementum vxoris. Contra impetrantem competunt exceptiones aliquando *dilatoriæ* aliquando *peremptoriæ* breuis. Dilatorię ; veluti senten-

* *al.* tenementum.

tentia *excõmunicationis*. excipitur etiam contra impetrantem *quod nihil habet nisi ratione vxoris*, vel contra clericum qui nihil habet nisi *ratione ecclesiæ suæ*, de qua non fit mentio in breui, vel quod *Villanus* vel *Sokmannus* est, de quorum discussione dicitur supra. Item excipitur contra virum & vxorem, si disseisina facta fuerit mulieri ante matrimonium & conquerantur ambo disseisiri. Cassatur etiam breue si erratum sit in *nominibus personarum, villæ*, aut *Comitatus*. Similiter si dominus quest⁹ fuerit se disseisiri de redditu & conuincatur quod seisitus fuerit de redditu per manus villanorum, super quo iacet breue *nouæ disseisinæ* de tenemẽto in dominico potius quam de redditu. *Peremptoriæ* breuis. eo quod alias assisa transiuit; ad quod requiritur quod de eodem tenemento inter easdem personas de eodem tempore. Item si quis clamat liberum tenementum siue exprimat titulum siue non, & recognoscatur p assisam quod iure successionis intrauit, & pendet inter eos placitum in Curia Christianitatis de *Bastardia*; quamdiu fuerit placitum in *Curia Christianitatis* remanebit

placitum in Curia Regis in suspenso. Competit etiam exceptio *quietæ clamantiæ, feloniæ præiudicatæ, exchambij* & consimiles &c. In breuibus *assisarum* & in omnibus alijs breuibus generaliter locum habet ista exceptio, videlicet si tenens dicat quod *nihil clamat nisi cum vxore sua coniunctim*. Et hoc tripliciter, vel qd fuerint similiter feoffati, & tunc habet necesse ostendere cartam, vel qd invenit vxorem suam seisitam, antequam eam desponsauit, vel quod tenementum petitum vxori suæ descendit iure hæreditario post desponsationem. Item alia est exceptio ad cassandum breue videlicet si tenens dicat *se nihil clamare nisi ad voluntatem talis* vel *se esse villanum alicuius*, vel *tenere de villenagio tali*; quo comperto vel recognito cassatur breue. in quo casu vel oportet petentem intrudere se in tenementum si potest vel impetrare aliud breue super dominum ipsius tenentis & super tenentem. Item potest excipi quod *tenens nihil clamat nisi ratione custodiæ* talis minoris infra ætatem, qui in breui non nominatur. Replicatio contra istam exceptionem potest esse quod *antecessor illius minoris*

noris non obijt inde sesitus, nec die quo obijt habuit aliud in tenemento petito. Si tenens dicat quod antecessor illius minoris ius habuit in tenemento illo, & iterum alia proponatur replicatio quę vera est quod antecessor illius minoris aliquod habuit, sed id quod habuit dimisit ad plenum eidem petenti per feoffamentum, tunc vlterius distinguendum est, ex quo tenens cognouit antecessorem minoris aliquod habuisse &c. si antecessor illius minoris obijt &c. vel non, quod fieri non potest, sine breui in quo minor nominetur. quia dato quod *assisa* transierit contra minorem, minor cum ad ætatem pervenerit non posset facere *attinctam*, quia fuit neutra pars in breui priori, & sic cassatur breue. Alia est exceptio dilatoria quando reus dicit se *non posse respondere sine suo participe*; quod est in casu quando hæreditas descendit duabus sororibus, aut pluribus vel exitui vnius vel ambarum, & postquam hæreditas partita fuerit, si vnus hæredum de parte sua implacitatus fuerit, excipere possit qd tenet in proparte cum tali cohærede sine quo non potest respondere & in hoc casu ꝑcipia-

piatur qd hæredes summoneantur ad respondendum cum ea si voluerint. Et si ad diē venerint & respondere voluerint cum participe audiantur & tunc ꝓcedat placitū versꝰ eos, tanquā versꝰ vnū tenentē. Et si forte ad diem datū non venerint nec essoniatorē miserint, vel forte ad diem datum per essonium non venerint, respondeat tenens solus. Sed sanè intelligatur quod illa exceptio locum habet quando res petitur per ius quod competere posset actori ante mortem communis antecessoris. Quia si quis petat per aliquod ius quod ei competere posset per factum cohæredis post participationem hæreditatis, satis clarum est qd in hoc casu non habebit auxilium participis. quia potest esse quod cohæredes rem vnam litigiosam vendiderint, vel excambiauerint vel per iudicium per malam defensionem amiserint, vel per feloniā forisfecerint antequam cohæres de re litigiosa fuerit implacitatus. In quo casu dicendum est qd de nihilo non est auxilium petendum. Dictum est qualiter petitur auxilium participis quando cohæredes implacitantur de tenementis. Sed contingit aliquando

quando quod *sectæ Curiæ, Iurisdictiones, libertates, seruicia,* & *consuetudines* veniunt in iudicium inter querentem & vnũ de participibus tenentem manerium vel tenementum ad quod spectant huiusmodi *sectæ, iurisdictiones, libertates seruicia* & *consuetudines* in quo casu, tenendum est quod sicut tenens habere debuit auxilium participis de *principali* ita habebit de *accessorio.* Dum tamen illud accessorium ad annuum proficuum extendi posset. hoc obseruato tamen de huiusmodi supradictis quæ fuerunt in possessione cõmunis antecessoris antequam hęreditas fuerit partita & quæ ad vnicum hæredẽ per extentam proficui devenerunt. Et sic excluditur obiectio. In casu, si vnus hæredum leuauerit iniustas exactiones & consuetudines de propria sua iniuria in quo casu non erit auxilium participis petendum. Alius est casus, quo tenens dicit quod non potest sine alio respondere videlicet cum Rector implacitatus fuerit de iure ecclesiæ suę dicit quod *inuenit ecclesiam suam seisitam* & quod non potest sine patrono & loci Diocesano respondere, in quo casu præcipiatur patrono & loci

loci diocesano summoneri. Et si venerint vel non venerint vel diem datum per essonium suum non servauerint, seruetur processus supradictus. Alius est casus consimilis quando tenens per legem Angliæ dicit quod *tenementum petitum fuit ius vxoris suæ de qua procreauit quendam talem sine quo non debet respondere.* Summonebitur tunc ille & post summonitionem seruetur processus supradictus. Sed differunt isti duo casus vltimi à superioribus, quia si tenens in istis duobus casibus vltimis amittat rem petitam nullum erit suum recuperare super episcopum, patronum, aut heredes, sed in superiorib' casibus de participibus tenens obseruato suo ordine, si amiserit, recuperabit super cohæredem per processum vlterius procedendi. Sed vnam proprietatem habent omnes isti casus supradicti quod siue cohæres siue patronus siue hæres hæreditatis quæ tenetur per legem Angliæ fuerint infra ætatem, generaliter remanebit loquela vsque ad ætatem hæredis, & per hoc quod dicitur supra *quod rector invenit ecclesiam suam seisitam* satis excluditur dubitatio si rector de suo perquisito

vel

vel de ſua intruſione aliquid appropriat eccleſiæ ſuæ, in quo caſu non poteſt auxilium patroni aut Dioceſani ſui petere. Sed eſt caſus quando mulier dotata implacitatur de dote ſua in quo caſu diſtinguendum eſt vtrum petatur verſus eam tenementum vel tenemento annexum, vt *iuriſdictio* vel *ſecta* & huiuſmodi in valorem partis dotis ſuæ extenſa. In primo caſu vocare poteſt ad warrantiam tanquam warrantum dotis ſuæ. In ſecundo caſu cum non iaceat vocare ad warrantiam, habet dicere quod non poteſt ſine hærede reſpondere, & tunc ſummonebitur hæres ad reſpondendum ſicut prædictum eſt ſi voluerit, in quo caſu ſeruabitur proceſſus ſupradictus. Et in vtroque caſu ſi vxor pro defectu warranti hæredis amiſerit, recupabit mulier excambium non tamen ad plenum valorem rei amiſſæ. Cuius ratio benè patet ſubtilitèr intuenti. In aſſiſa mortis anteceſſoris & in alijs breuibus poſt viſum terræ iacet exceptio de *non tenura*; quæ ſic debet proponi. *dicit B. quod non debet A. ad breue ſuum reſponderi eo quod non tenet integram terram verſus eum petitam*

petitam, eo quod talis inde tantum tenet; & talis tantum inde tenet, quo comperto p inquisitionem vel recognitionem cassabitur breue Replicatio contra istam exceptionem. *B. tenuit die quo breue fuit impetratum & hoc in feodo vel in dominico vel* si illa tenuit de B. ad *terminũ annorum* vel in *villenagio* vel *ad voluntatem*, quo comperto, vel recognito, stabit breue. Et sciendum quod in breuibus *Assisarum* potest proponi ista exceptio cum alijs exceptionibus tangentibus verba breuis. Sed in alijs breuibus si proponatur cum effectu, cum ea non possunt proponi alię exceptiones, sed secundum quod p eam compertum fuerit, fiat iudicium & hoc diuersimode. quia in breuibus *Eschaeta*, de *ingressu, forma donationis*, & *consanguinitatis*, & alijs in quibus non iacet *duellum* vel *magna assisa*, si inquisitio facit p excipiente, tunc cassabitur breue & sic est dilatoria. Si p parte aduersa recuperabit petens tenemẽtum, salua tamen tenenti actione p *breue de Recto*. Et si in breui de Recto proponatur ista exceptio cum effectu adimit ei ius contra quem transiuit. Proponitur aliquando exceptio huic si-

similis, cum non sit, sic dicendo, *quod tenens versus quem petuntur viginti, non tenet viginti eo quod tenet nisi decem.* in quo casu si non possit dicere quis teneat residuum, oportet respondere de eo quod tenet. Tam in breuibus *assisarum* quam in alijs breuibus iacent exceptiones dilatorię sic dicendo. *Tu petis versus A. tantum & versus B. tantum, ac si vterque sciret suum separale & ipsi tenent in communi,* quo comperto eodem modo erit vt supra. Et est alia exceptio in assisa *mortis Antecessoris* sic. *tu petis de morte A. & verum est A. obijt seisitus sed post eius mortem intrauit B. filius vel soror vel neptis vel consanguinea & de sicut non petis seisinam vltimi seisiti peto iudicium,* quo comperto cassabitur breue sed fallit hoc casu. in casu scilicet in quo non intrat verus hæres, licet habeatur pro consanguineo, de cuius seisina non cassabitur breue, ꝓ eo maximè quod si ipse inventus esset tenens & seisitus potius haberetur pro iniusto deforciatore quam pro vero tenente. Item quidam pro ratione feoffamenti quod defunctus ei fecit, post mortem defuncti ingreditur tenementum & sub colore feoffamen-

menti est seisitus, licet feoffamentum sit vacuum, venit post verus hæres & eijcit sic seisitum, ꝑ quod tenementum recuꝑabitur per breue *nouæ disseisinæ*, & postmodum verus hęres ꝑ *assisam mortis antecessoris* sui petat, & excipiatur contra eum quod seisitus fuit post mortem antecessoris sui, replicare poterit quod illa seisina adnullari poterit vel adnullata fuerit per assisam *nouæ disseisinæ* per exceptionem, quo compto non valebit sua exceptio. Item duo cohęredes sunt, vnus antecessor, & vnus ingreditur in tota hæreditate & eijcitur postmodum, si nomine amborum ꝑquiratur breue mortis antecessoris, & excipiatur quod vnus ipsorum fuit seisitus post mortem antecessoris, non ꝓpter hoc cassabitur hoc breue, pro eo quod & sunt quasi vnus hæres & per factum vnius, non adnullabitur actio amborum cum ambo non fuerint seisiti. Alia est exceptio in breui *mortis antecessoris* dicendo, *tu petis tenementum de morte talis patris sui & bene cognosco quod obijt seisitus & post mortem eius ego intraui, vt filius suus, nepos, & sumus de eodem sanguine & clamamus per eundem descen-*

scensum vnde peto iudicium. proposita exceptione prædicta, prædictis verbis, nisi in contrarium obijciatur *bastardia* vel *diuersitas consanguinis* cassatur breue, & reuertetur ad *breue de Recto,* in quo non iacet duellum nec magna assisa. Sed quid erit si tenens vocet ad warrantiam, & warrantus postquam warrantizauerit vel vlterius alium vocauerit ad warrantum? postquam warrantizauerit, cassabitur breue per eundem descensum. Et similiter si tenens per legem Anglię dicat *quod nihil clamat nisi ratione hæreditatis vxoris suæ.* Et hæres postquam summonitus fuerit cassat breue per eundem descensum. Et si postmodum petens perquirat breue *de Recto,* nunquid poterit tenens defendere se per *duellum* vel per *magnam assisam,* cum non sit de sanguine petentis? certe non. quia ex quo alias warrantus suus cassauit breue per exceptionem eiusdem descensus, in *breui de recto,* non magis defendit se p *duellum* vel per *magnam assisam,* quam defenderit ille qui prius cassat si compertus fuisset tenens.

Summæ Paruæ
Radulphi de *Hengham*
Finis.

Errata sic corrigenda. Lege

PAg.2.l.2.introductiua.Pag.7.deuenerit.Pag.34.*In margine*, post oportet, *& summoneas dictum Willielmum quod sit, &c. inde respondurus &c.*Pag.35.l.15.paruit.*in margine*,nullis ad sum-& omninò pro annuò. *Pag.prox.l.*11. petentis.*Pag.*50.*l.*21.quod tunc. *Pag.*59.*l.*3.fuerit,*Pag.*72.*l.*20.donator & eius heredes: *Pag.*79. *l.*8.nunc,peremptoriè. *Pag.* 82. *l.* 19. essoniatorem.

Notes upon Sir Ralph de Hengham.

PAg. 1. *Primicerijs.*] He means *Prenotaries.* The word is often in Constitutions of the time of the declining Empire; as *Primicerius sacri cubiculi, Lampadariorum, Officiorũ Palatinorum,* and the like. Mongst them was *Primicerius Notariorum,* that is, the Emperors cheif Notarie. *Alciat. ad Cod.* 12. *tit.* 7. *Primicerius, Notarius principis dicitur, & honore inter Notarios primus, sicut sequens dicitur secundicerius.* Κηρὸς n. *ceram significat,* κηρωτὴ *tabulam signatam, in qua antiqui scribebant. ab huiuscemodi igitur tabulis dicti sunt primicerij.* Those *primicerij Notariorum* in *Rome*, although discharg'd from their office, yet remaind in equall degree of honor with the *Proconsuls,* as appears in a Constit. of *Gratian, Theodo-*

Theodosius, and *Valentinian* in *Cod. Theodos. lib. 6. tit. 10.*

Pag. 2. Modus Cyrograffandi.] It seems by this, that either we haue not all his first copy, or els he neuer finisht what he here promises. For we haue no more of it.

Pag. 5. I. filio Alani *Comiti de Arundel.*] By mariage of a *Fitz-Alan* with the heire female of the *D' Aubignies* Earl of *Arundel*, came that surname, which is here, as a word literally signifying, turnd into Latine, by *Filius Alani.* It was vsuall in those elder times to do so. As to expresse *Champernoun*, by *de Campo Arnulphi* 7. Ed. 3. *fol.* 35. a & 49. b. and the rolls haue commonly *Filius Petri*, *Filius Herberti*, de *Bello monte*, de *Bellofago*, de *S. Leodegario*, de *Monte Canisio*, de *Monte forti*, *Mortuo Mari*, for *Fitz-Peeter*, *Fitz-Herbert*, *Beaumont*, *Beaufage*, *S. Leiger*, *Mount-Chensy*, *Mount-fort*, *Mortimer*, and such more. So in 29. *Ed.* 3. *fol.* 30. *b.* Colle beside Somersham and *Colle iuxta Somersham* (although Colle indeed appeard in the record to be in Somersham) are held all one in expressing the name of that place. In 30.

Ed.

Ed.3.fol.2.b. villa de Pontefracto is Pomfreit in a *præcipe*, and in 38. *Ed.3.fol.28.* Newark is taken in the name of the prioresse of *Newark*, as a name signifying a new work. But in 25. *Ed.3.fol.38.a. Apud villam Sancti Petri* is disallowed for *apud* Petreston, though one interpret the other. and the case of *P.* 11. *Ed.3.tit. quid iuris clamat* 2. in the ms. is, that *Iohn de Brayford* brought the writ against *Isabell Peuerell*, grounded vpon the note of a Fine, whereby *Gilbertus filius Stephani* had granted the reuersion of the mannor of *Wolward* which *Isabell* held for life, to *Iohn* in fee; and *Parning* took exception to the note and writ, because this *Gilberts* fathers name was *Richard Fitz-Esteuen* which *Richard* gaue the mannor in taile to *Isabell* &c. all that is stood on, in the argument, is that of the name; and in the ms. occurres also icy fust dit que tout fust il vtlaghe per tiel nome que il ne fereit pas per tant atteint &c. & auri fil fust endite per tiel nome que home ne ireit pas de ly arreiner &c. and so *Stonar* (as in the print) giues iudgment against the Conuse. This case is rememberd in 11. *Assis.pl.4.* And by 11. *Ed.3.*

tit. Estoppell 228. *Filius Thomæ* in Latine cannot be a surname; But, that its a good plea, to shew that the party so design'd had a father of another name, its held 40. *Ed.* 3. *fol.* 22. *a.* 44. *Ed.* 3. *fol.* 12. *b.* and the law hath been lately so taken, as you see in *Osbornes* case *Rep.* 10. *fol.* 132. *b* For other autority, how *Filius* may bee vnderstood either as part of a name, as for a legitimate sonne, or as a note of only natural relation, see 38. *Ed.* 2. *fol.* 22. *a.* 39. *Ed.* 3. *fol.* 11. *a.* & 25. *a.* 3. *Hen.* 4. *fol.* 14. *a.* 30. *Assis. pl.* 51. *per* Seton. 14. *Ed.* 3. *tit.* Estoppell 173. 13. *Rich.* 2. *tit* Breife 645. 10. *Edw.* 4. *fol.* 12. a Cursons case.

Ib. Eadem gratia Lincolniensi Episcopo.] nothing is more vsual of that time, thē to find Bishops, Abbots, Priors, & the like to haue *Dei gratia* in their titles. But later ages hath appropried it to Kings. *Lewes* XI. of *France* would not endure, that *Francis* then Duke of *Bretagne* should vse it. See *Bodin. de Republica lib.* 1. *cap.* 10. and others noted in the *Titles of Honor pag.* 116.

Pag. 6. *In liberum Burgagium.*] As free *socage* in the country of lands, so free *Burgage*

gage in Boroughs, and cities, is the tenure of houses, regularly. and they are the two base tenures in regard of *Knights seruice. Burgagium, socagium,* & *Feodum militare* make vsually *Bracton's* tripartit diuision. See him *lib.* 4. *tract. de Assis. mort. antecessoris cap.* 14. & *in cap. precedent.* §. 3. of Burgage: *Reuera terminatum est quod potest legari, vt callatum tam hæreditas quam perquisitum per Barones* Londoniæ *& Burgenses* Oxoniæ, *& ideò verum est qd in Burgis non iacet Assisa mortis antecessoris.* that must be vnderstood only of such Boroughs as had by custome their lands deuisable. see **Burgages deuisables** in *Stat.* 11. *Ed.* 1. *Acton Burnell, Bract. fol.* 272. *a.* and *Thorpe* 21. *Ed.* 3. *fol.* 21. *b.* Tradesmen that held these burgages are the *Burgenses* entended in *Stat. Merton cap.* 7. where an heire of a Gentleman (a tenant by Knights seruice) is disparaged, if maried to *Burgensis* or *Villanus* 31. either tradesman, or husbandman.

Ib. vel Maritagium.] Although *Hengham* liu'd and wrote after *Westm.* 2. yet this, as other examples of his *writs of right* are, is of elder time then the statut. *Bracton fol.* 329. *a.* hath this verie writ in-

substance, as of his time, and thither must *liberum maritagium* be referd. For cleerly since the statut of *Westm.* 2. a writ of Right would not lie for lands held in Frankmariage.

Ib. Nec pro omni seruitio.] But *Bracton's* writ with that tenure hath expressely *Pro omni seruitio.*

Ib. Portandi breuia.] Now *breuia* is appropried to the signification of the Kings writs. Vnderstand it in this tenure (which is mention'd also in *Bracton fol.* 328. *b.* and *Regist. Orig. fol.* 2. *b.*) for letters of message and the like. For, because the Kings writ was a short letter of command, therefore had it the name of *Breue.* So *Bracton lib.* 5. *de Except. cap* 17. §. 2. and, in the Ciuill law, both *Breue* & *Breuis* are in like sense, you may see *C. tit. de conveniendis fisci debit. l.* 5. *de apochis public. l.* 1. *& tit.* 42. *lib.* 1. restor'd by *Gothofred.* Very often also for letters, *Breues* and *Breuia* occurre in *Theodosius* his Code, *Cassiodore's* Precedents, *Symmachus* his Epistles, other of that time. The later Grecians call'd it βρίϛιον & βρεουιον. yet those are as ancient as *Iulian* and *Eusebius*, who vse them. and those, which wrote them,

them, they called βρεϛιάτορες, or *Breuiatores* which I read in *Iustinians Auth.* 105. *cap.* 2. *si autem* § 4. and an old Glossarie of the law interprets βρέϛιον by *ἐπιστολή*. letters of presentation giuen by an Earle in 45. *Edw.* 3. *tit.* Exchange 10. are titled Breif de presentation.

Pag. 7. *Quando* XL. *solidi cap. de scuto.*] So in *Bracton* also is the seruice exprest. But the *Register fol.* 2. *a.* hath a note that makes this forme obsolet. Now it should be, *per seruitium quartæ partis vnius feodi militis &c.* Escuage is here apparantly ment. Neither had the ancients any more particulars in denoting it, neither by them was it restrain'd to warre against the *Scots* or *Welsh* only, as by later autoritie it seems to be, where only *Scotland* & *Wales* are spoken of, as in *Litleton, Fitzh. Nat. Br. fol.* 83. *C. Regist. Orig. fol.* 88. *a.* 19 *Rich.* 2. *tit.* Gard 165. *Plowd. Comm. c. Rice Thomas fol.* 129. *b.* and elsewhere. In the Red book of the Exchequer, *Alexander* Archdeadon of *Shrewsbury* vnder *Hen.* 3. relates an Escuage of two marks out of euerie Knights fee in 7. *Hen.* 2. for the enterprise against *Tholouse*, in 8. *Hen.* 2. one marke for the same purpose; In 18.

Hen.

Hen.2. xx.s. *pro exercitu Hibernie*, and others he hath for warre in *Normandie*, *Poiters*, elſwhere vnder *Rich.1.* and King *Iohn*. And that they were ſuch as are now vnderſtood in our tenure by eſcuage, will more openly appeare in *Rot. Clauſ.* 16. *Iohannis memb.* 24. *in dorſo*, where the *Scutagia Pictauie* are at large in a Catalogue; as, *Willielmus de* Cantebrigia, *quia habuit ſuos cum domino Rege in* Pictauia, *habet ſcutagium*. And there is alſo *Mandatum eſt Domino* Petro *Wintonienſi Epiſcopi* (he was then, cheif Iuſtice of England) *qd habere faciat* Willielmo *Comiti* Arundell *Scutagium de* XVI. *feodis militum quæ* Robertus *de* Tateſhale *qui eſt in Cuſtodia ſua de Domino Rege tenet in capite* v. *de ſcuto* III. *marcas*, which paſſage I ſufficiently vnderſtand not. If *Tateſhale* were in ward to the Earle (as ſo it muſt bee taken) either by the Kings grant or otherwiſe, why ſhould he pay eſcuage? if his land held in *capite* were to him by diſcent, how came the Earle to the wardſhip? except by grant. Admit he had it by purchaſe, why ſhould the Earle haue the eſcuage? except by way of liberate from the Kings bounty. Ve-

ry

ry many other escuages are there, as *Henricus de* Tayden *habet Scutagium de feodo* VI. *militum ad opus filij sui qui est in Pictauia. Robertus de* Cardman *de* LX. *&* XIV. *feodis militum pro filio suo qui fuit in Pictauia. Thomas* Pannell *habet auxilium* L. *librarum Turonensium de liberè tenentibus suis & alijs de insula de* Geresey. But, for the default of tenants not comming to the armie, a place in the Leiger book of *Abingdon* in the hands of my Noble and much deseruing friend, that best furnisht Antiquary Sir *Robert Cotton*, is worth obseruation. *Est iuxta* Abbendune *Burgum* (are the words) *vnius militis mansio quæ* Lea *vocatur. Hanc* Willielmus *Regis Camerarij de* Lundonia *tenebat*. This *William* held it of the Abbey, and by Knights seruice; In 2. *Hen.* 1. forces were leuied to encounter *Robert* Duke of *Normandie*, when *Faritius* Abbot of *Abingdon* requir'd of *William* his tenant to find him a man for the armie, as his tenure bound him to do, but *William* denied it, whereby the Abbot was driuen by other means to supply the number of his part. The Abbot afterward *tamdiù* (as the book saith) *in presentia sapientum, hanc rem*

rem ventilari fecit, vt ille neutrum negaret, imò fateri sic esse vera ratione cogeretur. Vnde cum lege patriæ *decretum processisset ipsum exortem terræ meritò deberi fieri, interpellatione bonorum qui intererant virorum reddidit terram illam illi.* and so the tenant vnder faire conditions had his land again. This Lea is now called Bessles-Lee, and is of the possessions of the *Fettiplaces.*

Ib. Vnde decem carucatæ &c.] This forme also is disallowed by the *Register.* But when it was in vse, no particular quantity of the seruice was exprest, because the land by reference to a Knights fee shewed its own seruices. *Bracton lib. 5. tract. 1. cap. 2. vbi quantitas feodi exprimitur in quantitate terræ petita, non ponitur aliquod seruitium, quia in quantitate feodi ostenditur quantitas seruitij.* it being all one in substance to say that one holds IIII. *carues, wherof* VIII. *make a knights fee,* and that hee holds so many acres or carues *per seruitium dimidij feodi militis.* Carues and Hides are vncertain quantities, yet by that name, diuision was anciently made in leuying *Hidage* and *Carucage.* See what is noted in *Titles of Ha-*

nor pag.270. & seq. and *in Codice Abingdoniæ pag.42. Goffredus de* Ver *Albrici filij* giues to the Abbey some possessions *Cum duarum hidarum duodecies* XX.*acrarum terra disterminata.* & *Hen.*1. giues to *Maurice* B. of *London*, *duas hidas de duodecem* XX.*acris*, so that there 240.acres is taken for a *hide*. In the Monks euer with one consent almost, it is alwaies *a Plough land*. and S.*Dunstan* in the yeer DCCCC. LXIII.giues *terræ partem septem Aratrorum quod Anglicè dicitur septem hydas*. Its *in Cod.Chart.Arch.Cant.* Thus should *Hida* and *Carucata* be all one. for, *Carucata* speaks the Plough. *Charou* in French so signifying,as *Litleton* also notes. and by ancient autority *Caruca* is a Plough, which is found in *Iul. Paul. Recept. Sentent.lib.*3.*tit.*7. It seems when Hidage or Carucage was granted,the commissioners for leuying it (with aid of Iurors) vsed in euery shire to assesse how much should be in certain reckond for a Hide or Carue. As in 9.*Rich.*1. when an aide of fiue shillings, of euerie Carue in the land,was to be leuied, *qui electi fuerant & constituti ad hoc negotium regis faciendum,statuerunt per æstimationem legalium homi-*

hominum, ad vniuscuiusque Carucæ Wainagium centum acras terræ. Here 100. acres were for that purpose a Hide. See *Roger de Houeden fol.* 442. & 443. Neither is any difference twixt *Carucata* & *Carucæ wainagium.* For *wainagium* is tuilth as its Englisht in the ancient English of *Magna Charta*, or Gainage as its called *Westm.* 1. *cap.* 17. See *Bracton fol.* 37. *a.* 4. *Ed.* 2. *tit.* Avowry 200 and especially *Lowes* case in *Rep.* 9. *fol.* 123. *b.* & *seqq.*

Pag. 8. *Seditione personæ Domini Regis.*] *Bracton fol.* 118. *b. Si aliquid egerit vel agi procurâuerit ad seditionem domini Regis vel exercitus sui &c.* so *Glanvil. l.* 1. *cap.* 2.

Ib. Vita & membrorum.] Iudgment de vie & de membre is vsd for Iudgment of death, or punishment capital, in *Stat. westm.* 2. *cap.* 38. 3. *Edw.* 3. *fol.* 19. *a pl.* 34. in 18. *Ed.* 3. *fol.* 32. *a. pl.* 5. 13. *Ed.* 3. *tit.* Utlarie 49. and elswhere often. But anciently also part of it is taken for iudgement of *losse of life*, & part for *losse of member* only. as in *Westm.* 1. *cap.* 15. — pur le quel vn ne doit perdre vie ne membre. And *Bracton* speaking of punishments

lib.

lib.3.tit.de Actionib⁹ cap.6. saith *sunt quædam quæ adimunt vitam, vel membrum,* & the like hath he in *tract. de Corona cap.36 maiora crimina aliquando vltimum inducunt supplicium aliquando membrorũ truncationem.* One flying to a Sanctuarie by the laws of *William* 1. had pais de vie & de membre, as the words of it are in the book of *Crowland.* And *amissio membrorum* was a speciall punishment of Rape before *westm.2.* as you see in *Bracton l.3. tract. de Corona cap: 28.* He that was condemned lost his Eies and his Stones. but by *Glanvil,* before *Bracton,* it appears it was death, *lib.14.ca.6.* But, that the iudgment de vie & de membre in *Westm. 2. cap.38.* was only iudgment to be hangd; & ment, about that time, to be so, is plain by the book attributed to *Breton cap.14.* where the autor hath reference to the statut of *westm.2.* made in 13. *Edw.1.* which obserue also for another purpose. Its commonly affirm'd, with one consent, that *Iohn* le *Breton* Bishop of *Hereford* vnder *Hen.3.* and *Ed.1.* wrote that book. But its cleer that this *Iohn* the Bishop was dead ten yeers before the stat. of *Westm. 2.* here cited. For he died in 3. *Edw.1.*

which

which the ſtorie of *Florilegus* the Monk of *Weſtminſter* enough iuſtifies, yet, that no ſcruple in that may remain, its to bee prou'd alſo by infallible record. In *Rot. Pat.* 3. *Ed.* 1. *memb.* 203. the conge d'eſlier, for choiſe of a new Biſhop there, relates *quod cum eccleſia veſtra* Herefordenſis *paſtoris ſolatio per mortem bonæ memoriæ* Iohannis *nuper* Herefordenſis *Epiſcopi ſit deſtituta, alium vobis eligendi in Epiſcopum &c.* this was 23. *May*; and in *memb.* 19. of the ſame roll, the royall aſſent is giuen to the choiſe of *Thomas de Cantilupo* ſucceſſor to *Iohn le Breton* being dead. All this is moſt certain. and it is as certain, that, about that time, was a Iudge of this name. for in *Rot. Clauſ.* 51. *Hen.* 3. *memb.* 12. *Mandatum eſt* Richardo *de* Ewell *&* Hugoni *de* Turri *Emptori Garderobæ domini Regis quod habere faciat dilectis & fidelibus ſuis* Iohannis le Breton *&* Henrico de Monteforti *Inſtitiariis ſuis* Robas *ſuas integras prout cæteris Inſtitiariis domini Regis invenire conſueuit, quamdiu ſteterint in Officio domini Regis.* & the *Dorſ. Rot. Pat.* of that yeer hath moſt frequent mention of *Iohn* le *Breton*, & *Henry* de *Bracton* for Iudges of ſpecial aſſiſes:

He

He is sometimes called *Bretun*, then *Briton*, and also *Breton*. and *Florilegus sub anno* 1275. *Obijt hoc anno* Iohannes Bretoun *episcopus* Herefordensis, *qui admodum peritus in iuribus Anglicanis, librum de eis conscripsit, qui vocatur* le Bretoun. That there was a Iudge of that name, and that about that time one of that name was Bishop of *Hereford*, here appears plainly, and that a book of common law called le Bretoun was written, and by the Bishop, if you beleeue the Monk and the consent of late writers which speak of it. But what book euer the Bishop wrote, it cannot be this we haue now left vnder that name, vnlesse you will allow that one dying in 3. *Edw.* 1. could cite a statut of 13. *Edw.* 1. as our *Breton* doth in this of Rape, or the statut of 6. *Edw.* 1. of *Cessauit* at *Glocester*, as he doth in his chapter de purchase conditionel, or the stat. of *winchester* of 13. *Edw.* 1. as he does touching high waies, in his chapter de plusors torts. Some other author then, then the Bishop of *Hereford*, must be sought for that volume. This, by the way. For Iudgment de membre, anciently it was in Appeales of *Maihem*. to this day the

